74. **Κιρκόω.** *Annulis affigo.* a κίρκος vel κρίκος *annulus.* Sic Latini *annulus* pro *vinculum* dicebant. κίρκοι vel κρίκοι dicuntur singuli catenæ annuli. Briso in Œconomico apud Stob. tit. 82. p. 461. ed. Trincavell. οὕτως ἔχει πρὸς ἄλλαλα τὰ ἀνθρώπινα πράγματα, καθάπερ καὶ τᾶς ἁλύσιος τοὶ κρίκοι.

76. **Διατόρος** vel **Διάτορος.** *Perforans*, vel *Perforatus*, prout paroxytone vel proparoxytone legas. Schol. A. διατόρους· τὰς διαπειρούσας καὶ τιτρωσκούσας. (active scilicet, ut infra v. 188. διατόρος φόβος.) ἢ τὰς διατετορνευμένας. quod in hoc loco melius; nisi clavos per pedes actos intelligamus, ut in Sophocl. Œd. Tyr. 1034. λύω σ' ἔχοντα διατόρους ποδοῖν ἀκμάς. Active quoque in Eumen. 564. διατόρος Τυρσηνικὴ Σάλπιγξ.

77. **Ἐπιτιμητής.** *Censor.* ὁ ἐξεταστὴς καὶ εὐθύνας ἐπάξων. Schol. B. Sophocles Procride apud Polluc. IX. 140. κολασταὶ, κἀπιτιμηταὶ κακῶν. Eurip. Suppl. 255. κολαστὴν κἀπιτιμητήν. Homerus habet ἐπιτιμήτωρ Od. I. 270. ad quem locum Eustath. p. 1629, 11. hunc versum laudat. Oppian. Halieut. I. 684. ἐπιτιμητήρ.

80. **Ἐπιπλήσσω.** *Incutio. Objicio.* ἐπιπλήξειν· ἐπελθεῖν, ἐπιτιμῆσαι, ὑβρίσαι. Hesychius, Il. Ψ. 580. respiciens. Cum accusativo rei occurrit Sophocl. Œd. Col. 1730. τί τοδ' ἐπέπληξας;

81. **Ἀμφίβληστρον.** *Pedica. quicquid circumjicitur;* et proprie *rete* significat. In Choeph. 490. de veste dicitur qua Agamemnona implicuit Clytæmnestra: de veste etiam Eurip. Helen. 1085. ἀμφίβληστρα σώματος ῥάκη.

83. Προστίθει. Dubitari potest, annon προστίθη potius sit scribendum. Etymol. M. p. 478, 10. οὕτω καὶ οἱ Ἀττικοὶ, ἐὰν μὴ χρήσωνται τῷ θι καταλήξει, χρῶνται τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν παρατατικῶν ἐν τοῖς προστακτικοῖς· οἷον, ἐτίθην, ἐτίθης, ἐτίθη, τίθη.

84. Ἀπαντλέω. *Exhaurio. Detraho. Allevo.* Eurip. Alcest. 354. ἀλλ' ὅμως βάρος Ψυχῆς ἀπαντλοίην ἄν. quem locum respicit Hesych. Ἀπαντλοίην ἄν· ἐπικουφίσαιμι ἄν. Proprie dictum est de aqua per sentinam exantlanda. Cicer. Ep. Famil. V. 16. *non facile exhauriri tibi istum dolorem posse universum puto.*

85. Ψευδωνύμως. *Falso nomine.* cui opponitur ἐπωνύμως, vel φερωνύμως, quod recentiorum fuit.

Ibid. Δαίμων. *Deus.* Sæpe tamen inter θεός et δαίμων distinguitur, ut in Eurip. Hecub. 165. Med. 1388. cf. Kühn. ad Ælian. V. H. III. 18. Formata est vox a δαήμων *sciens,* quo sensu ipsa quoque usurpatur ab Archilocho ap. Plutarch. Thes. p. 6. Ταύτης γὰρ κεῖνοι δαίμονες εἰσὶ μάχης· ubi legitur perperam δαήμονες; nisi quis suspicetur, Κεῖνοι γὰρ ταύτης ἴδμονες εἰσὶ μάχης. (Alexander Ætolus apud Macrob. Sat. V. 22. Τιμόθεον κιθάρης ἴδμονα καὶ μελέων.) Plato Cratyl. 16. p. 27. ed. Fischer. ὅτι φρόνιμοι καὶ δαήμονες ἦσαν, δαίμονας αὐτοὺς ὠνόμασε, καὶ ἔν γε ἀρχαίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ αὐτὸ συμβαίνει τὸ ὄνομα. Schol. Venet. ad Il. A. 222. Δαίμονας καλεῖ τοὺς θεούς· ἤτοι (ἢ ὅτι) δαήμονες, ἔμπειροι καὶ ἴδριες πάντων αὐτοὶ εἰσίν· ἢ ὅτι διαιτηταί εἰσι καὶ διοικηταὶ τῶν ἀνθρώπων. ὡς Ἀλκμὰν ὁ λυρικός φησι. Ὃς θεῶν πάλους ἔπαλε, δαίμονάς τ' ἐδάσσατο—τοὺς μερισμοὺς, τὰς διαιρέσεις αὐτῶν. Sic enim lego: vulgo, ὅς ἔθεν πάλοις ἔπαλλεν, &c. ἔπαλε Schol. recentior, et F. Ursin. p. 69. cf. Procl. ad Hesiod. Op. I. 121.

Ibid. Προμηθεύς. *Prudens.* σώφρων. Hesych. κατὰ μεταβολὴν Προμηδεὺς, ὁ προορῶν τὰ μήδεα, τὰ βουλεύματα. Etymol. M. p. 689, 37. et Schol. A. Propius vero ducitur a μῆτος vel μῆτις, *consilium,* quod ab antiquo verbo μάω μῶ fluxit, cujus activa vox post Epicharmi tempora obsolevit; sed de hoc verbo plura dicenda sunt infra ad v. 486.

87. Ἐκκυλίω. *Evolvo.* apud Homerum de viro e curru præcipitato dicitur. Xenophon. Memorab. I. ii. 22. καὶ τοὺς εἰς ἔρωτας ἐκκυλισθέντας.

88. Δῖος. *Jovi pertinens.* ὥσπερ ἀπὸ τοῦ Χίος Χῖιος, οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς Διὸς γενικῆς Δῖιος, καὶ κράσει τῶν δύο ϊ εἰς ἕν, Δῖος. Etymol. M. p. 278, 13. Cf. Eustath. ad Il. A. p. 21, 25.

90. Γέλασμα. *Risus.* Lenis fluctuum agitatio, quæ ab Homero φρίξ vocatur. Il. H. 63. Οἵη δὲ ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρὶξ Ὀρνυμένοιο νέον. Hymn. Cer. 14. γαῖά τε πᾶσ' ἐγέλασσε, καὶ ἁλμυρὸν οἶδμα θαλάσσης. Eurip. Fragm. inc. 208. Ἀκύματος δὲ πορθμὸς ἐν φρίκῃ γελᾷ. H. in Cer. 14. Γαῖά τε πᾶσ' ἐγέλασσε καὶ ἁλμυρὸν οἶδμα θαλάσσης. Oppian. Halieut. IV. 334. Κύματος ἀκροτάτοιο γέλως ὅθι χέρσον ἀμείβει. Leonidas Anthol. III. xxii. 48. Οὐδ' εἴ μοι γελόωσα καταστορέσειε γαλήνη Κύματα, καὶ μαλακὴν φρῖκα φέροι ζέφυρος. Satyrus Anthol. I. lvi. 8. Κεκροπίδες δ' ἠχεῦσι, γαληναίη δὲ θάλασσα Μειδιάει. Poeta nescio quis apud Eustath. ad Il. A. p. 159, 24. αἰγιαλὸς—γελᾷ—Κύμασιν εἰαρινοῖς ἠρέμα κλυζόμενος. Plutarch. de Primo Frigore p. 1755. καὶ βυθοὶ ποταμῶν διαγελῶσιν. in Cæsar. 232. p. 1300. ὥσπερ τῆς θαλάσσης τὰ διαγελῶντα. Aristot. Probl. 23. διὰ τὶ τὸ κῦμα οὐκ ἐπιγελᾷ ἐν τοῖς βαθέσι πελάγεσιν. Theophylact. Simoc. Quæst. Phys. VII. p. 11. ἐντεῦθεν ἐπιγελᾷ γαλήνην ἡ θάλασσα. Alciphron. III. 1. καὶ μειδιᾷ τῆς θαλάσσης γαληνιώσης χαριέστερον. Lucretius II. 559. *Subdola cum ridet placidi pellacia ponti.* Miltonus nostras Par. Am. IV. 164. Paullo aliter Sosicrates Athenæi XI. p. 474. A. λεπτὴ δὲ κυρτοῖς ἐγγελῶσα κύμασιν Αὔρη, κόρη Σκείρωνος. Cf. Rittershusium ad Oppiani locum, Bergler. ad Alciphr. p. 274. Misc. Obs. T. IV. p. 211. Paullo aliter καχλάζειν, *cachinnari,* dicuntur fluctus vel litora: Theb. 110. Theocr. VI. 11. τὰ δέ νιν καλὰ κύματα φαίνει Ἄσυχα καχλάσδοντος ἐπ' αἰγιαλοῖο θέοισαν. Catull. LXIII. 272. *undas—Quæ tarde primum clementi flamine pulsæ Procedunt, leni et resonant plangore cachinni.* Accius apud Nonium, emendante Jos. Scaligere Conjectan. in Varr. de L. L. p. 86. *Ac ubi curvo litore latrans Unda sub undis labunda sonat, Simul et circum magnisonantibus Excita saxis sæva sonando Crepitu clangente cachinnat.*

Ibid. Παμμήτωρ. *Omnium mater.* ἡ πάντων μήτηρ καὶ τροφός. Schol. B. Paullo aliter Sophocl. Antig. 1282. Γυνὴ τέθνηκε, τοῦδε παμμήτωρ νεκροῦ. ubi Schol. ἡ κατὰ πάντα μήτηρ. Rarior vox est: utuntur Oppian. Hal. I. 414. Meleager Brunckii Anal. I. p. 35. Παμμῆτορ γῆ, χαῖρε. Idem ibid. p. 29. παμμήτειρα. Democritus in fragm. περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν (vel -θῶν uti a Schol. Nicandri Theriac. 764. citatur) ap. Fabricii Bibl. Græc. T. IV. p. 333. ἥ τε γῆ παμμήτωρ οὖσα. Hymn. Homerid. XXVII. 1. γαῖαν παμμήτειραν. Nonnus alicubi παμμήτηρ, quippe nescivit literator iste composita a μήτηρ semper in τωρ efferi. Cujus rei exempla proferam, partim ex Abreschio et Valcken. ad Eurip. Phœniss. 1518. σιδηρομήτωρ infra v. 309. μονσομήτωρ infra v. 470. προμήτωρ Theb. 140. Eurip. Phœniss. 687. 842. δυσμήτωρ Suppl. 68. ἀμφιμήτωρ Noster in Heraclidis apud Hesych. et Suid. in v. Sophocl. Electr. 1154. μονομήτωρ Eurip. Phœn. 1533. ἀμήτωρ ibid. 676. Oppian. Cyneget. II. 567. Plato Sympos. 8. sub init. Oraculum apud Lactant. de Fals. Relig. I. 7. Julian. Orat. V. p. 166. atque alii apud Wesseling. Obs. II. 10. διμήτωρ Alexis Athenæi II. p. 39. B. Grotii Exc. p. 597. οἰνομήτωρ Astydamas Athen. II. p. 40. B. ἰσομήτωρ Theocr. VIII. 14. ματρομάτωρ Pindar. Ol. VI. 143. ταχυμήτωρ Incerti epigr. Anthol. IV. 12. ὁμομήτωρ Orpheus apud Platon. Cratyl. 19. p. 36. ed. Fischer. Stob. Eclog. p. 153. Grot. αὐτομήτωρ Simonid. de Mulier. 12. παλαιομάτωρ Eurip. Suppl. 628.

91. Πανόπτης. *Omnia videns.* occurrit Choeph. 985. Suppl. 301. Eurip. Phœniss. 1131. Πανόπτης· πανόφθαλμος. Photius Lex. MS. Argum scilicet respiciens.

Ibid. Κύκλος. *Circulus. Orbis.* Pers. 504. λαμπρὸς ἡλίου κύκλος. Interdum ponitur simpliciter pro ἥλιος. Sophocl. Philoct. 815. τί τὸν ἄνω λεύσσεις κύκλον; et propius ad nostrum ibid. v. 1354. Πῶς, ὦ τὰ πάνθ' ὁρῶντες ἀμφ' ἐμοὶ κύκλοι, Ταῦτ' ἐξανασχήσεσθε;

93. Αἴκεια. *Contumelia.* παρὰ τὸ μὴ ἐοικέναι, ὃ δηλοῖ τὸ καθήκειν. Schol. Venet. ad Il. Π. 545. ἀϊκῶς pro ἀεικῶς Π. X. 336. Cf. Schol. ad Sophocl. Electr. 487. Si recte se habet αἰκία, Penultima

producitur ut in καλίη, Callimach. Fr. CXXXI. ὑπεροπλίη, Sophocl. Ant. 130. κατηφίη, Rhianus ap. Stob. p. 26. ed. Trinc. προεδρίη Xenophanes Athen. X. p. 414. A. ἀεργίη Bion. VI. 6. μορίη Pallad. in Anthol. αἰθρίη Solon. Eleg. 22. ταινίαις in versu ap. Diog. Laërt. VIII. 62. ἀπιστίη Theognis 829. κονία et ὀρμία. Sed apud recentiores scribendæ sunt hæ voces per ει diphthongum; παγκαρπείης Eurip. ap. Clem. Alex. Strom. V. p. 688. vid. Porson. ad Hec. 533. ὀρμειαί Theocr. XXI. 11. ὀνειδείη Nicand. Alex. 407. τυραννείη Xenophan. Athen. XII. p. 526. B. vulgo τυραννίη. De hac scriptura vid. Elmsleium ad Eurip. Med. p. 176. not.

94. Διακναίω. *Vellico. Crucio.* κναίειν est *vellicare* ut fullones pannum, ab antiqua forma κνάω, κνῆμι, unde κνήθω, κνάπτω et similia. Agam. 65. Διακναιομένης ἐν προτελείοις Κάμακος. Eurip. Alcest. 109. Χρὴ τῶν ἀγαθῶν διακναιομένων Πενθεῖν. cf. Med. 164. Heracl. 297.

Ibid. Μυριετῆ χρόνον. Non accurate μυριάδα ἐτῶν; triginta enim millia annorum spatium captivitatis fuisse docuit Æschylus in Prom. Ignif. testibus Scholiasta et Hygino. Sed μυρία nil nisi πολλὰ significat, metaphora e fluidis desumpta, a μύρω *fluo*. Cf. Valcken. ad Phœniss. 1480. D. Heinsium in Lect. Theocrit. p. 347. Etymol. M. p. 595, 5.

95. Ἀθλεύω. *Luctor.* μετ' ἄθλου καὶ κακότητος διάγω. Schol. B. Il. Ω. 733. ἔνθα κε Fέργα ἀFεικέα Fεργάζοιο Ἀθλεύων πρὸ Fάνακτος ἀμειλίχου.

96. Ταγός. *Dux. Qui disponit:* a τάσσω. Vox militaris. Ταγοί· προστάται, ἄρχοντες, ἡγέμονες. Hesych. Primam semper produci docet Dawes. M. C. p. 245. Sed in ταγή et compositis corripitur; cujus rei miram affert causam Brunckius ad Aristoph. Eq. 159. ταγὸς occurrit Pers. 23. 480. Soph. Antig. 1057. In Agamemnonis v. 110. legitur ταγάν prima producta, sed locus mihi suspectus est.

100. Ἐπιτέλλω. *Appareo.* significatu rariore. Ἐπιτείλας· ἀνατείλας Suid. quorum posterius in hoc sensu frequens est. ἐπιτέλλειν plerumque est, *injungere*.

102. Σκεθρῶς. *Lucide.* ἀκριβῶς Schol. A. Erotian. Lex. Hippocr. Σκεθροτέραν. Βακχεῖος ἐν ᾱ φησὶν ἀληθεστέραν· ἀλλ' οὐκ ὀρθῶς. κεῖται καὶ ὅτε μὲν ἀντὶ τοῦ ἀληθοῦς, ὅτε δὲ ἀντὶ τοῦ ἀκριβοῦς λογισμοῦ τὸ σκεθρόν.

Ibid. Ποταίνιος. *Inexspectatus.* Photius Lex. MS. Ποταίνιος· πρόσφατος. Δώριος δὲ ἡ λέξις. Ionica vero, teste Gregorio p. 262. Theb. 241. ποταίνιον πάταγον. ubi tamen legerem ποτανόν. Sophocl. ap. Stob. p. 263. ἡδονὰς ποταινίους. Antig. 849. τάφου ποταινίου.

105. Ἀδήριτος. *Contra quem non est certandum.* Hesych. Ἀδήριτον· ἄμαχον, ἀκαταμάχητον. Etymol. M. p. 17, 39. Ἀδήριτος, χωρὶς μάχης, καὶ ἀφιλόνεικος, ἐκ τοῦ δῆρις. Homer. Il. P. 42. Ἀλλ' οὐ μὰν ἔτι δηρὸν ἀπείρητος πόνος ἔσται, Οὐδ' ἔτ' ἀδήριτος οὔτ' ἀλκῆς οὔτε φόβοιο. ubi sensu aliquantum diverso exstat.

109. Ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πυρὸς Πηγὴν κλοπαίαν. *Indago autem ignis fontem a me surreptum et in ferula conclusum.* τὴν ἐν νάρθηκι θησαυρισθεῖσαν· παρόσον τῷ νάρθηκι ἐχρῶντο πρὸς τὰς ἐκζωπυρήσεις τοῦ πυρὸς, ὅθεν καὶ τῷ Διονύσῳ ᾠκείωσαν αὐτόν. Hesych. Sic Auctor Theogoniæ 565. Ἀλλά μιν ἐξαπάτησεν ἐῢς πάϊς Ἰαπετοῖο, Κλέψας ἀκαμάτοιο πυρὸς τηλέσκοπον αὐγὴν Ἐν κοιλῳ νάρθηκι. Νάρθηξ *ferula* est, de qua Martialis, *Clara Prometheo munere ligna sumus.* Proclus ad Hesiod. Op. I. 52. ἔστι μὲν πυρὸς ὄντως φυλακτικὸς ὁ νάρθηξ, ἠπίαν ἔχων μαλακότητα εἴσω, καὶ τρέφειν τὸ πῦρ, καὶ μὴ ἀποσβέννυναι δυνάμενος. Vid. Kuster. ad Suid. v. κίρκον. Recte monet Schol. B. Æschylum πηγὴν κλοπαίαν dixisse, quum debuerat πυρὸς κλοπαίου, et ναρθηκοπλήρωτον pro ἐντὸς νάρθηκος. Sic infra v. 152. ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις pro λύμαις δεσμῶν ἀδαμαντίμων. 600. οἰστρηλάτῳ δείματι. Theocrit. Ep. V. καροδέτῳ πνεύματι.

111. Πόρος. *Vectigal.* ἀφορμή. Hesych.

112. Ἀπλάκημα. *Error. Culpa.* Videtur formatum esse a πλάζω *errare facio,* a præfixo πλεοναστικῶς, vel κατ' ἐπίτασιν; ut στάχυς, ἄσταχυς; βληχρὸς, ἀβληχρὸς; μέλγω, ἀμέλγω; et similia.

Lex. MS. apud Herman. de Emend. Gr. Gram. p. 18. Ἀπλάκημα· ἁμάρτημα· ἐκ τοῦ πλέκω, πλάκω, πλάκημα. Abresch. Misc. Obs. V. p. 102. suspicatur πλακεῖν olim usitatum fuisse eodem sensu, quo postea ἀμπλακεῖν; et profecto in Hesychio legitur πλακίῃσιν· ἁμαρτίαις; sed perperam, credo, capite truncato, pro ἀπλακίῃσι.

113. Ὑπαίθριος. *Subdivus.* ὑπὸ τὸν ἀέρα. καὶ ὕπαιθρος ὁμοίως. Photius Lex. MS. et Suidas. *Subdivus.* ὕπαιθρος. Glossæ Vett. Veteres vero plerumque ὑπαίθριος de persona dicebant, ὕπαιθρος de re. Thucyd. I. 134. ἵνα μὴ ὑπαίθριος ταλαιπωροίη. Plato Sympos. 23. p. 167. ed. Fischer. ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαίθριος κοιμώμενος. τὸ ὕπαιθρον, *aer subdialis;* τὰ ὕπαιθρα *castra;* ναὸς ὕπαιθρος, *templum sine tecto.* Sed in Agam. 343. ὑπαιθρίων πάγων. Eurip. Androm. 226. ῥανίδ' ὑπαιθρίας δρόσου. confer Oudendorp. ad Thom. M. in voce. Salmasium ad Tertullian. de Pall. p. 85.

115. Ὀδμή. *Odor.* quod veteres Attici pro ὀσμή dicebant. Photius tamen in Lexico MS. et Thom. M. in voce, dicunt ὀδμή Ionicum esse. Sic etiam Phrynichus App. Soph. p. 56. Ionica vero dialectus et vetus Attica una eademque erant.

Ibid. Προσίπτημι. *Advolo.* aoristus τοῦ ἵπτημι Atticorum fuit, non autem ἵπταμαι, media voce. Πέτομαι. οὐχ ἵπταμαι. Thom. M. Cf. Porsoni notam ad Eurip. Med. 1.

Ibid. Ἀφεγγής. *Obscurus. Obtutum fugiens.* ἀόρατος. Schol. B. Alexis apud Athen. IV. p. 134. A. Ἅπαντες ὀρχοῦντ' εὐθὺς, ἂν οἴνου μόνον Ὀσμὴν ἴδωσιν.

116. Θεόσσυτος. *Divinitus procedens.* ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐσσυμένος. παρὰ τὸ σεύω καὶ θεός. Etymol. M. p. 446, 12.

Ibid. Κεκραμένος. *Mistus.* præteriti participium a κράω vel κεράω. Scholiasta explicat per ἡρωϊκόν, sive ἡμιθέων "cujusdam inter deum et mortalem." Schottus Comm. Societ. Lips. IV. p. 21. κεκραμένη accipit de eo sono et odore, qui ab utroque genere, et Deorum et hominum simul, proficiscatur. Alexis Grotii Exc. p. 591. Οὐ

θνητὸς, οὐδ' ἀθάνατος, ἀλλ' ἔχων τινὰ Συγκρᾶσιν. Eurip. Hel. 1151. θεὸς, ἢ μὴ θεὸς, ἢ το μέσον. Sotades Stobæi p. 478=427. Ὁ πένης ἐλεεῖται, ὁ δὲ πλούσιος φθονεῖται, Ὁ μέσος δὲ βίος κεκραμένος, δίκαιός ἐστιν.

118. Θεωρός. *Spectator.* Rarius occurrit in hoc sensu simplici; Choeph. 244. fragm. ap Ammon. p. 69. plerumque, *Observator divinorum,* de quo significatu omnia fere occupavit Valcken. ad Ammon. p. 93.

Ibid. Δή. *Denique.*

121. Δι' ἀπεχθείας ἐλθεῖν. *Inimicitiam inire. Invisus fieri.* Cf. Eurip. Hippol. 1164. Phœniss. 489. ubi vid. Valckenaer. et Monk. ad Hippol. 1159. Plato in Theag. p. 130. τῇ προτεραίᾳ μοι δι' ἀπεχθείας ἐν λόγοις τισιν ἐγεγόνει.

122. Εἰσοιχνέω. *Frequento.* εἰσοιχνεῦσιν· εἰσπορεύονται· καὶ ἐνεδρεύονται. Hesych. Simplici voce utitur Sophocl. Aj. 565. El. 167.

124. *Κινάθισμα. *Levis strepitus.* κίνημα πλήθους· παραγώγως· ἐξ οὗ πλῆθος παραγίνεσθαι ὑπακούεται. Schol. A. Hesychius, qui hæc exscribit, male παραγίνεται habet. A κιναθίζω formatur, quod Hesych. explicat per μινυρίζω et κινέω.

126. Ῥιπή. *Impetus. Vibratus.* ὁρμή. Schol. A. et Hesych. Etymol. M. p. 704, 3. Ῥιπή· ἡ ῥιπτομένη· τίθεται δὲ ἡ λέξις ἐπὶ βίας πνευμάτων. de alarum vibratione Agam. 901. Λεπταῖς ὑπαὶ κώνωπος ἐξηγειρόμην Ῥιπαῖσι θωΰσσοντος. Unde ῥιπὶς, *flabellum,* ῥιπίζω, *flabello ventilare.* ἄστρων ῥιπαί in Sophocl. Electr. 105. sunt *stellarum scintillationes.* Sic ὀφθάλμου ῥιπή *nictitatio* est. πτερύγων ῥιπαῖς occurrit Eurip. Pirith. Fragm. III. 4. Citharæ ῥιπαί Pindar. Pyth. I. 18. Hæc vox ubique vibrationis notionem habet.

Ibid. Ὑποσυρίζω. *Leniter strideo.* A σύριγξ, *fistula,* efficta est Æolicum συρίκτω et recentiorum συρίζω.

132. **Παρείπω.** *Persuadeo.* παρά in compositis *prævalendi* notionem includit, ut in παρηγορέω, παρίεμαι, παραιτοῦμαι. Auctor Aur. Carm. 24. Μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ, Πρῆξαι, &c. Cf. Valckeu. ad Theocr. Adoniazus. p. 356.

133. * **Κραιπνοφόρος.** *Rapide ferens.* καιπνόν. ταχὺ, ὀξύ. Hesych. de cujus vocis etymologia, nugantur, ut solent Grammatici, Etymol. M. p. 536, 10. Eustath. ad Iliad. E. p. 541, 42. κραιπνός occurrit Pers. 95. Iliad. Od. E. 385. Eurip. Hippol. 842.

134. **Χάλυψ.** *Chalybs.* Vox Latina veterem formam Æolicam Χάλυβς repræsentat. Ita vocabant et ferrum, et populum qui primus ferrum effodisse dicebatur. Χάλυβες· ἔθνος Σκυθίας, ἔνθα ὁ σίδηρος τίκτεται. Lex. MS. ap. Bibl. Coislin. p. 476. ita et Eustath. ad Dionys. 768. Alia forma Theb. 730. Χάλυβος Σκυθῶν ἄποικος.

135. **Διαίσσω.** *Perrumpo.* διαίττειν· ὁρμᾶν. Hesych. corrigente Valcken. ad Phœniss. 1388. Piersonus ad Mœrin p. 301. αἴσσω apud Atticos poetas universe disyllabon esse statuit: sed Porsonus ad Eurip. Hecub. 31. poetis licentiæ paullum concedit; quem vide.

136. **Ἐκπλήσσω.** *Excutio.* cum accusativo vel rei vel personæ ponitur. Eurip. Orest. 542. ὅ μ' ἐκπλήσσει λόγου. Ion. 635. οὐδέ μ' ἐξέπληξ' ὁδοῦ Πονηρὸς οὐδείς. vid. infra v. 368. Antiphanes ap. Stob. Ecl. xi. p. 17=141. Μάλιστα δ' ἐκπλήττει με τῶν ξυνειδότων Ὁ χρόνος, ὃν ἀεὶ λανθάνειν ἀμηχανῶ. Thucyd. II. 38. ὧν καθ' ἡμέραν ἡ τέρψις τὸ λυπηρὸν ἐκπλήττει. Cf. Hemsterhusii notam ad Thom. M. p. 287. Eurip. Hippol. 948. Ἔκ τοι πέπληγμαι, σοὶ γὰρ ἐκπλήσσουσί με Λόγοι, παραλλάσσοντες ἔξεδροι φρενῶν. Ubi vix dubito quin legendum sit, Ἔκ τοι πέπληγμαι, σοὶ γὰρ ἐκπλήσσουσί με Λόγοι παραλλάσσοντες, ἔξεδρος φρενῶν. Quo enim pacto λόγοι dicantur *extra sedem mentis positi,* uti interpretatur Spanhemius, equidem non video.

137. **Θεμερῶπις.** *Verecunda.* ἐρασμία. Hesych. a θέμερος (σεμνός. Hesych.) et ὄψ. Bentleius Epist. ad Mill. p. 66. in Empedoclis versu legit Ἁρμονίη θεμερῶπις pro vulgato ἱμερῶπις. Lævius in

Alcestide apud Aul. Gell. XIX. 7. rubentem Auroram *pudoricolorem* vocat.

138. Ἀπέδιλος. *Sine sandaliis.* ἀσάνδαλος. διὰ τοῦτο δῆλον ὅτι σπουδαίως παρεγένοντο, οὐδὲ τὰ οἰκεῖα πέδιλα δυνηθεῖσαι λαβεῖν. Schol. B. Veteres τὸ ἀνυπόδητον festinationis indicium dicere solebant. Theocr. XXIV. 36. Ἄνστα, μηδὲ ποδέσσι τεοῖς ὕπο σάνδαλα θείης. Bion. I. 21. ἁ δ' Ἀφροδίτα, Λυσαμένα πλοκαμῖδας ἀνὰ δρυμὼς ἀλάληται, Πενθαλέα, νήπεκτος, ἀσάνδαλος. Hæc Stanleius. Apollon. Rhod. I. 43. de Medea properante, γυμνοῖσιν δὲ πόδεσσιν ἀνὰ στεινοὺς θέεν οἴμους. Polyæn. Strateg. VIII. p. 498. Σεμίραμις λουομένη τῶν Σιράκων ἤκουσε τὴν ἀπόστασιν· καὶ παραυτίκα ἀνυπόδητος, μηδὲ τὰς τρίχας ἀναπλεξαμένη, ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξῆλθε. Philostratus Icon. V. corrigente Hemsterhusio in Misc. Obs. V. p. 23. Ὁρᾷς γὰρ ὡς ἄβλαυτος καὶ μονοχίτων ἀναπηδήσασα τῆς εὐνῆς, ἀτάκτῳ τῇ κόμῃ, τὰς χεῖρας ἐκπετάσασα βοᾷ.—Oppian. Cyneg. IV. 368. Ὡς δ' ὅτε παρθενικὴ γλαγόεντος ἐν εἴαρος ὥρῃ Ἀβλαύτοισι πόδεσσιν ἀν' οὔρεα πάντ' ἀλάληται. videlicet ἀνυποδήτοις, teste Hesychio; βλαῦται enim genus solearum. Rarioris vocis exempla quædam proferam. Plato Sympos. 2. λελουμένον τε καὶ τὰς βλαύτας ὑποδεδεμένον. ubi Schol. p. 43. ed. Ruhnken. βλαύτας. ὑποδήματα. οἱ δὲ, βλαυτία, σάνδαλα ἰσχνά. (Anglice *Pumps.*) Hermippus ap. Athen. XV. p. 668. A. Κνημῖδα περὶ σφυρὸν ἀρθροῦνται, Βλαύτης δ' οὐδεὶς ἔτ' ἔρως λευκῆς. ita lego. Leonidas Tarentin. Analect. I. p. 230. de Anacreonte ebrio, τῶν δὲ βλαυτίων τὸ μὲν Ὅμως φυλάσσει, θάτερον δ' ἀπώλεσεν. Id. ibid. p. 222. Glossæ Vet. Βλαυτίον. ὑπόδημα. *Solea.* vid. Hesych. v. Βλαῦδες. Hæc in gratiam λεξιφίλων. Sed ad propositum revertamur. Horat. I. Serm. II. 132. *Discincta tunica fugiendum est, ac pede nudo.* Apul. IX. p. 226. ed. Elmenhorst. *Interdum Philesietærus, cognito strepitu, raptim tunicam injectus, sed plane præ turbatione pedibus intectis, procurrit cubiculo.* Tibull. I. iii. 91. *Tunc mihi qualis eris, longos turbata capillos, Obvia nudato, Delia, curre pede.* Quippe e domo exituri soleas induebant: unde etiam explicari potest Euripidis locus, Hippol. 1189. Αὐταῖσιν ἀρβύλαισιν ἁρμόσας πόδας. id est, *cum se ad iter capessendum calceasset.* ubi miror viros doctos ἀρβύλαισιν de currus parte quadam intellexisse. Cf. Bern.

Martin. V. L. I. 4. Ita olim scripseram, vereor ne nimis festinanter: nunc verto: "Pedibus adaptatis (currui sc.) una cum calceis." i. e. pedes calceatos. Sic αὐτοῖσι συμμάχοισι *cum sociis ejus.* inf. 229. αὐτοῖς τέκνοισι Hippol. 1341. vid. Markland. ad Eurip. Suppl. 937.

Ibid. Ὄχῳ πτερωτῷ. *Curru alato.* Intelligendum est sive de machina qua Chorus vehebatur, sive de alis.

141. Εἱλίσσω et ἑλίσσω, *Volvo,* pro libitu usurpant Tragici, sed εἰναλίαν pro ἐναλίαν nunquam extra choros. Porson. ad Eurip. Phœniss. 3.

146. Ἄζηλος. *Non invidendus.* ἣν οὐδεὶς ζηλώσει. Schol. B. Sophocl. El. 1445. καὶ μάλ' ἄζηλος θέα. Legitur in Oraculo ap. Herodot. VII. 140. Οὔτε γὰρ ἡ κεφαλὴ μένει ἔμπεδον, οὔτε τὸ σῶμα, Οὔτε πόδες νέατοι, οὔτ' ὦν χέρες, οὔτε τι μέσσης Λείπεται, ἀλλ' ἄζηλα πέλει. sed ibi manifesto legendum est ἄϊδηλα. Proximo errore in Hesychio legitur αἴζηλον. ἄδηλον. pro ἄϊδηλον. Eurip. Iph. Taur. 619. Ἄζηλά γ', ὦ νέανι, κοὐκ εὐδαίμονα. Schol. Platon. p. 109. ed. Ruhnken Ἀζήλωτος γάρ ἐστιν, ὅστις ἔχει τὶ, ὃ μὴ εὐχόμεθα γενέσθαι ἡμῖν. Choeph. 1015.

Ibid. Ὀχέω. *Fero.* Od. Φ. 502. Ἤϊεν ἣν ἄτην ὀχέων ἀεσίφρονι θυμῷ.

148. Ὀμίχλη. *Nebula.* ἀέρος μὲν παχυτέρα, νέφους δὲ ἀραιοτέρα. Aristot. de Mundo. 4. Ὀμίχλη· ἀορασία, ἢ παχὺς ἀήρ. Photius Lex. MS.

149. Προσῆξε. vide Διῆξε v. 135.

151. *Προσαναίνομαι πέτραις. *Scopulis affixus exsiccor.* figura anastrophe. Ab αὐαίνω *sicco,* quod ab αὔω.

152. *Ἀδαμαντόδετος. *Ferro vinctus.*

153. Οἰακονόμος. *Qui clavum dirigit. Gubernator.* ab οἴαξ et νέμω: idem quod οἰακοστρόφος infra v. 524. et οἴακα νωμῶν Theb. 3.

154. Νεοχμός. *Novus.* Erotian. Lex. Hippocr. Νεοχμόν· νεώτατον· ὡς καὶ Ἀλκμὰν ἐν ά μελέων. Sic recte Eustachius; editur enim νεωχμόν; et in Photii glossa MS. νεοχμόν· νέον. recentior manus ω pro ο in penultima substituit. Sophocl. Antig. 155. Creon vocatur βασιλεὺς νεοχμός. Hinc verbum νεοχμόω, *innovo*, Herodot. v. 19. Thucyd. I. 12.

156. Ἀθέτως. *Sine lege.* οὐ συγκατατεθειμένως. Αἰσχύλος Προμηθεῖ Δεσμώτῃ. Hesych. corrigente Bentleio Epist. ad Mill. p. 77.

157. Πελώριος. *Venerabilis. Grandis.* μέγας, δεινός. Πελώρια· μέγαλα τέρατα. Hesych. Id. Πέλωρ· ὄνομα οὐδέτερον. σημαίνει δὲ τὸ ἐξαίσιον καὶ φοβερόν. lege Πέλωρον· ὄνομα οὐδέτερον· τὸ ἀρσενικὸν δὲ ὁ πέλωρ, &c. e Schol. Venet. ad Il. E. 741. et Etymol. M. p. 660, 33.

Ibid. Ἀϊστόω. *Deleo.* ab ἄϊστος· ἀφανής, ἀνιστόρητος. Hesych. Cf. Æ. Porti Lex. Ionicum in voce, et Schol. Venet. ad Il. Ξ. 258. ubi pro λαβών, legendum βαλών. infra 240. 946. Linus ap. Stob. V. p. 37. Grot. βεβήλων Ὄχλον ἀϊστῶσαι.

159. *Νεκροδέγμων. *Mortuorum coactor.* Homerus Orcum vocat πολυδέγμονα et πολυδέκτην. Cf. Ruhnken. ad Hymn. Cer. 9.

Ibid. Ἀπέραντος. *Non transeundus.* ἀπέραντον· μέγαν, ἀτελείωτον· ἐκ τοῦ πέρας μὴ ἔχειν Hesych. male; est enim a περαίνω. Cf. Schol. ad Aristoph. Nub. 3. in Brunckii nota. ἀπέρατον et ἀπέραντον num diversæ formæ sint ejusdem vocis, uti ait Brunckius, dubitari potest. Nescio tamen annon melius foret in hoc loco ἀπέρατον.

163. *Κίνυγμα. *Mobile aliquid.* αἰθέριον κίνυγμα, *Ventis ludibrium*, ut ait Horatius. Eustath. ad Il. Δ. p. 472, 43. Τοῦ δὲ κινύω αὖθις παράγωγον τὸ κινύσσω· ἐξ οὗ παρ' Αἰσχύλῳ αἰθέριον κίνυγμα, τὸ ἀέριον εἴδωλον. ubi videtur respexisse Eurip. Phœniss. 1559. αἰθέρος ἀφανὲς εἴδωλον.

164. Ἐπίχαρτος. Res ita dicitur, *ob quam lætamur.* Ἐπι-

χαίρειν dicuntur ii, qui aliorum infortuniis gaudent. Ἐπιχαίρειν καὶ Συγχαίρειν διαφέρει. Ἐπιχαίρειν μὲν γάρ ἐστι τὸ συνεπιγελᾷν τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς. Συγχαίρειν δὲ τὸ συνήδεσθαί τινος ἀγαθοῖς. Ammon. de Diff. Voc. optime: vide Valcken. ad locum.

165. * Τλησικάρδιος. *Dure cordatus.* Gloss. in Agam. 419.

167. Ξυνασχαλάω. *Simul doleo.* Exemplis vocis ἀσχαλάω in nota propositis, addas Homer. Il. B. 293. Bion. Idyll. II, 7.

168. *Ἐπικότως. *Iracunde.* ὀργίλως Schol. B. ἐπιστρεφῶς Hesych. i. e. *iracunde.* ἐπιστρέφειν enim est *increpare.* Choeph. 626. δηΐοις ἐπικότῳ. *In hostes furenti.* Composita ex voce κότος amat Æschylus.

169. Ἄγναμπτος. *Inflexibilis.* a γνάμπτω, quod idem est ac κνάμπτω vel κάμπτω, *flecto.* Epigr. in Anthol. p. 34. Τλήμονες, οἷς ἄγναμπτον ἔχεις νόον. Contra in Il. Ω. 41. voces γναμπτὸν νόημα, Scholiasta explicat per εὔπειστον. vid. Wass. et Duker. ad Thucyd. III. 58. Interdum scribitur ἄγναπτος, sed perperam. Cf. Misc. Obs. IX. p. 119.

170. Δάμναμαι. *Debello.* δάμναται· ἕλκει, βιάζεται, φθείρει. Hesych.

172. Παλάμη. *Artificium.* μηχανή· παλαμᾶσθαι γὰρ τὸ μηχανᾶσθαι. Schol. B. παλάμη proprie *manus* est, atque inde *ars manualis.* παλαμᾶσθαι γὰρ οἱ Ἀττικοὶ τὸ διὰ χειρὸς ἐργάζεσθαι. Etymol. M. p. 647, 50. παλάμαι· αἱ χεῖρες, καὶ αἱ τέχναι Hesych.

173. Δυσάλωτον. *Captu difficilem.* δυσχερῶς κρατούμενον. Hesych.

174. Ἦ μήν. *Nihilominus tamen. Certe.* ἀλλ' ὅμως. Hesych. ὄντως δή. καὶ ἀλλ' οὖν, καὶ ἀλλ' ὅμως. Suidas. Infra 943. Theb. 531. Eurip. Med. 1028. Sophocl. Trachin. 256.

175. Γυιοπέδη. *Membrorum vinculum.* γυιοπέδαις· δεσμοῖς τῶν μελῶν. Schol. A. Vox exstat Oppian. Hal. II. 85.

176. **Πρύτανις.** *Moderator.* βασιλεὺς, ἄρχων, διοικητής. Hesych. et Photius. Οἱ Πρυτάνεις magistratuum ordo fuerunt apud Athenienses, pars decima Senatus quingentorum, qui singulis mensibus rempublicam administrabant. Vid. Harles. ad Demosth. de Coron. p. 167. In Suppl. 367. Pelasgus vocatur πρύτανις ἄκριτος. In Sphinge ap. Aristoph. Ran. 1287. Σφίγγα δυσαμερίαν, πρύτανιν κύνα πέμπει. Eleganter sane dicitur Herodotus in Epigrammate ap. Steph. Byz. v. Θούριοι. Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανις. Ion Chius ap. Athen. X. p. 447. F. Bacchum ita adloquitur, εὐθύμων συμποσίων πρύτανι. Idem ibid. II. p. 35. E. οἶνον ἀερσίνοον, ἀνθρώπων πρύτανιν. Herodot. VI. 110. de imperio militari vocem posuit. Stesichorus apud Schol. Victor. in Iliad. E. 507. Κοιλωνύχων ἵππων πρύτανιν. Ut sacra misceam profanis, Auctor Libri Sapientiæ in pulcherrima idololatriæ irrisione, c. XIII. v. 2. inquit, ἀλλ' ἢ πῦρ, ἢ πνεῦμα, ἢ ταχινὸν ἀέρα, ἢ κύκλον ἄστρων, ἢ βίαιον ὕδωρ, ἢ φωστῆρας οὐρανοῦ, πρυτάνεις κόσμου θεοὺς ἐνόμισαν. Sophron, ut colligere licet ex Schol. Theocrit. II. 12. Hecaten vocaverat νερτέρων πρύτανιν. Leonidas Tarentin. Brunck. Analect. I. p. 221. Ἐμβριθὴς, τέχνας ὁ πρύτανις, πέλεκυς.

178. **Ἀποσυλάομαι.** *Spolior.* Nota accusativum rei qua spoliandus est. Eurip. Hipp. 640. μωρίαν ἀφηρέθη. Vid. Matthiæ. Gr. Gr. §. 412.

180. **Ἐπαοιδή.** *Incantatio.* i. q. ἐπῳδή, *cantilena magica,* per quam morbos depelli credebant, cui opponitur μάγευμα *medicamentum magicum.* Hesych. Ἐπᾷσαι· γοητικὸν ἐπιλαλῆσαι. Id. Ἐπαοιδοί· φαρμακοὶ, γόητες. Odyss. T. 457. ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν Ἔσχεθον. ubi Schol. Διοκλῆς ἐπαοιδὴν παρέδωκε τὴν παρηγορίαν. Pindar. Pyth. III. 91. τοὺς μὲν μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων, τοὺς δὲ προσανέα πίνοντας, quem locum citat Scholiasta modo laudatus. Xenoph. Mem. 3. XI. 17. φίλτρα καὶ ἐπῳδαί. Sophocl. Œd. Col. 1194.

181. **Πτήσσω.** vid. v. 29.

182. **Καταμηνύω.** *Indico.* καταμηνύειν· κατακηρύσσειν. Hesych.

183. Χαλάω. *Laxo.* de funibus nauticis proprie dictum. Schol. ad v. 2. inquit, *συνηθὴς αὐτῷ* (Αἰσχύλῳ) *ἡ χαλᾷ φωνή.*

186. Δυά. *Ærumna.* *κακοπάθεια.* Apollonius Lex. Homer. Accurate Hesychius, *δυή· δυστυχία, ἡ ἔνδεια.* est enim sensu primario *necessitas;* a *δέω egeo,* vel ab antiquo *δεύω.* Etymol. M. prave a *δέω ligo* ducit. Vocem amat Æschylus: infra 534. 771. Theb. 238. Pers. 1011. Agam. 1153. 1626. Eumen. 266. 558. Simonides Analect. I. p. 129. *ἀλλὰ μυρίαι Βροτοῖσι κῆρες κἀνεπίφραστοι δυαί.* Bacchylides ap. Clem. Alex. Strom. VI. p. 745. Analect. I. p. 153.

187. Ἐλευθεροστομέω. *Libere loquor.* *παῤῥησιάζομαι.* Hesych. Pers. 591. *λέλυται γὰρ Λαὸς ἐλεύθερα βάζειν.* Sophocl. Œd. Tyr. 706. *ἐπεὶ Τό γ' εἰς ἑαυτὸν πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα.* ubi nollem legere *ἐλευθεροστομῇ* cum Marklando Explicat. p. 248. Cl. Eurip. Androm. 153. Propert. I. ix. 1. *Dicebam tibi venturos, irrisor, amores, Nec tibi perpetuo* LIBERA VERBA *fore.*

188. Ἐρεθίζω. *Vellico.* ab *ἐρέθω:* utrumque Homericum. proprie de iis dicitur qui lanam vellicant; ab *ἔριον* scilicet.

189. Δέδια. *Metuo.* præt. med. a *δείω.* Etymol. M. p. 260, 7. *Δέδια· ἐκ τοῦ δείω, ὃ σημαίνει τὸ φοβοῦμαι, γίνεται παράγωγον δεδίω· ὁ μέσος παρακείμενος δέδια, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι, διὰ τὸ μέτρον, γίνεται δείδια.* Cf. Schol. Oppian. Hal. I. 304.

191. Κέλλω. *Navem appello.* *ἐλλιμενίζομαι.* Schol. A. proprie est navem retrorsum agere, quod fiebat, quum terram petebant; Herodot. VIII. 84. *οἱ μὲν δὴ ἄλλοι Ἕλληνες ἐπὶ πρύμνην ἀνεκρούοντο, καὶ ὤκελλον τὰς νεῦς.* Eurip. Hippol. 140. *Κέλσαι ποτὶ τέρμα δύστανον.* Pedestris sermonis scriptores dicebant *ὀκέλλω;* ut *μόργνυμι, ὀμόργνυμι; δύρομαι, ὀδύρομαι; σταφίς, ὀσταφίς.* Eustath. ad Iliad. Z. p. 650, 46. *κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο, ἐκ τοῦ Ἰλεὺς γέγονεν ὁ Ὀϊλεύς. ὁμοίως τῷ κέλλω ὀκέλλω, κλῶ κλάζω ὀκλάζω. ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ Βριάρεως Ὀβριάρεως, ὡς τεχνογραφεῖ Ἡρωδιανός.*

192. Ἀκίχητος. *Non precibus assequendus,* vel *flectendus.*

Hesych. Ἀκίχητα, ἀκατάληπτα. sensu primario, ut in Homer. Il. P. 75. Scholiasta B. male interpretatur ἀκατανόητα *non intelligenda*, sibimet scilicet. Eurip. Ion. 701. ἀκίχητος φίλων.

193. Ἀπαράμυθος. *Inexorabilis.* vid. quæ ad v. 132. de παρείπω notantur. Eurip. Iph. Aul. 622. ἀπαράμυθον ὄμμα πωλικόν.

194. Παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχων. *Justitiam penes se habens. Pro suo libitu regnans.* Eurip. Suppl. 431. κρατεῖ δ' εἷς, τὸν νόμον κεκτημένος Αὐτὸς παρ' αὑτῷ. Iisdem fere coloribus ab Horatio Achilles depingitur; *Impiger, iracundus, inexorabilis, acer, Jura neget sibi nata.*

196. *Μαλακογνώμων. *Emollito animo.* cui opponitur σκληροκάρδιος, vel σκληρόψυχος, vel, per metaphoram, ἀτέραμνος, de qua voce mox dicendum est. Divisim Eurip. Iph. Aul. 603. μαλακῇ γνώμῃ.

197. Ῥαίω. *Tundo. Frango.* Lexx. interpretantur φθείρω. pro ὑβρίζω apud Sophocl. Trach. 267. κύνες λυκοῤῥαίσται dicuntur in Epigrammate.

Ibid. Ταύτῃ. *Hac parte,* vel *Hoc modo.* deest μερίδι, vel αἰτίᾳ. Schol. ad Aristoph. Equit. 839. Ταυτῇ· τοῦτον τὸν τρόπον. Schol. B. ad locum οὕτως, ὡς ἔφην. Photius Lex. MS. Ταύτῃ· τούτου ἕνεκεν, ἢ οὕτως. In Eurip. Suppl. 154. pro ταυτὶ δικάζων ἦλθον, legendum est ταύτῃ, scilicet *ob hanc rem,* vel potius *in hac re.* vid. Sophocl. Ant. 936. Herodot. VII. 143. Plato Cratyl. 18. p. 34. ed. Fischer. Eurip. Med. 366. Hippol. 41.

198. Ἀτέραμνος. *Durus.* Hesych. Ἀτέραμνον· τὸ μὴ ἐνδιδοῦν· σκληρόν. Proprie est *crudus, difficulter coquendus.* Schol. ad Aristoph. Vesp. 729. Ἀτέραμνα ὄσπρια φαμὲν τὰ μὴ ἑψόμενα διὰ σκληρότητα. Etym. M. p. 163, 19. Τέραμνον γὰρ τὸ ἁπαλόν. λέγεται δὲ ἀτέραμνα καὶ τὰ μὴ ἑψόμενα ὄσπρια· ἃ καὶ κερασβόλα προσαγορεύεται. Onomastic. Vet. Labbæi. Ἀτεράμων. *Capito.* Lambinus ad Plaut. Pers. I. ii. 8. *Capito* per *sententiæ tenax* explicat; quem sensum

bene observavit Vanierus in Diction. Poetico respondere Gallicæ voci *tétu*. Conferendus est Ruhnken. ad Timæi Lex. p. 156.

Ibid. Στορέω. *Sterno.* pro quo Attici dicebant στόρνυμι. Proprie dictum de stragulis, translatum est ad ventos et fluctus, ut apud Latini verbum hinc derivatum *Sterno*. Homer. Od. Γ. 158. ἐστόρεσεν δὲ θεὸς μεγακήτεα πόντον. ubi Schol. ἔστρωσεν, γαλήνην ἐποίησεν. Hesychius, Στορεύς· γαληνοποιός. Theocrit. VII. 57. Χἀλκύονες στορεσεῦντι τὰ κύματα, τάν τε θάλασσαν. (ita legendum, non χάλκύονες) ubi Valckenaerius adfert Virgil. Ecl. IX. 57. *Et nunc omne tibi* stratum *silet æquor*. vid. Leonidæ locum ex Anthologia citatum in p. 99. Hinc facile ad animi procellas detortum est; καὶ θυμὸς στορεθῆναι λέγεται, inquit Eustath. ad Iliad. I. p. 748, 23. Eurip. Heraclid. 702. Λῆμα μὲν οὔπω στόρνυσι χρόνος Τὸ σόν, ἀλλ' ἡβᾷ. Thucyd. VI. 18. Alcibiades inquit, ποιώμεθα τὸν πλοῦν, ἵνα Πελοποννησίων στορέσωμεν τὸ φρόνημα. ubi Schol. τῶν παρὰ Θουκυδίδῃ τροπικῶν ὀνομάτων τὸ σκληρότατον τοῦτό ἐστιν. ἀλλὰ κατὰ Ἀλκιβιάδην φησίν.

199. Ἀρθμός. *Connexio. Compactum.* εἰρηνή, συνθήκη, φιλία. Hesych. Homer. Il. H. 302. Ἠδ' αὖτ' ἐν φιλότητι διέτμαγεν ἀρθμήσαντε. Hymn. ad Mercur. 521. Λητοΐδης κατένευσεν ἐπ' ἀρθμῷ καὶ φιλότητι. quicum Ruhnkenius Epist. Crit. I. p. 28. comparat Callim. Fr. CXCIX. Ἀρθμὸν δ' ἀμφοτέροις καὶ φιλίαν ἔταμον. Herodot. VI. 83. τέως μὲν δή σφι ἦν ἄρθμια ἐς ἀλλήλους. Vox derivata est ab ἄρω, *apto*, unde ἀρμένος, i. q. ἄρθμιος, *amicus*. Hesych. Ἀρμένον· φίλιον. Sic enim legendum pro vulgato φιάλιον. Hoc sensu usurpatur in Leonidæ Epigram. apud Plutarchum, Ἀρμένος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε, καὶ φίλος ἀστοῖς, uti restituit D. Heinsius ad Sil. Ital. p. 434. vulgo ἤπιος. unde Δημάρμενος proprium nomen apud Herodot. VI. 65.

201. Γεγώνω. *Alte loquor.* οὐ ψιλῶς ἔστι φωνῆν, ἀλλ' ἀκουστὸν φθέγγεσθαι. Schol. Venet. ad Il. Θ. 223. ubi vulgatur φωνήν. Lex. Rhetor. MS. apud Ruhnken. in Auctar. Emend. in Hesych. I. 807. γεγωνεῖν, τὸ μεγάλῃ φωνῇ καλεῖν, καὶ φθέγγεσθαι. Dicitur et γεγωνέω et γεγωνίσκω. Mœris, Γεγωνεῖν καὶ γεγωνίσκειν Θουκυδίδης, Ἀττικῶς.

βοᾶν καὶ κράζειν Ἑλληνικῶς. Frequentior forma est γεγωνέω; sed γεγώνω occurit Eurip. Orest. 1218. γέγωνέ τ' ἐς δόμους. infra v. 809. Sophocl. Philoct. 238. Γέγωνέ μοι πᾶν τοῦτο. Vocem illustrat Adr. Heringa. Obs. Crit. p. 64.

202. Ἐπ' αἰτιάματι. *Ob culpam.* Eurip. Hipp. 1070. τῆδ' ἐπ' αἰτίᾳ φυγών. Thucyd. VII. 48. ἐπ' αἰσχρᾷ αἰτίᾳ ἀπολέσθαι.

204. Εἴ τι μὴ βλάπτει λόγῳ. Gisbertus Cuperus Obs. III. 15. hanc e formulis esse ait, quæ Oratorum propriæ sunt, quando sermonem ad auditores dirigunt. Infra 788. Ποίῳ τρόπῳ σήμηνον, εἰ μή τις βλάβη. Ælian. V. H. XIII. 1. φέρε δὲ καὶ τὸ εἶδος αὐτῆς, εἴ τι μὴ λυπεῖ, διαγράψω.

207. Ἐπεὶ τάχιστα. *Simul ac.* Herodot. VI. 13. ἐπεί τε τάχιστα εἶδον τοὺς Ἴωνας ἀρνευμένους εἶναι χρηστούς. Xenoph. Anab. VI. 1. p. 348. ed. Schneid. ἐπεὶ δ' ἐδείπνησαν τάχιστα. ubi vid. Porson. et Abresch. Diluc. Thuc. p. 346.

208. Ὀροθύνω. *Suscito.* Verbum Homericum.

210. Δῆθεν. *Scilicet.* Hæc particula plerumque cum ὡς et participio conjuncta, ironiæ aliquid sententiæ addit. infra 1022. Ἐκερτόμησας δῆθεν ὡς παῖδ' ὄντα με. Herodot. VI. 39. οἵ μιν καὶ ἐν Ἀθήνῃσι ἐποίευν εὖ, ὡς οὐ συνειδότες δῆθεν τοῦ πατρὸς Κίμωνος αὐτοῦ τὸν θάνατον. Cf. I. 59. V. 1. Eurip. Orest. 1312. Κἀγὼ σκυθρωποὺς ὀμμάτων ἕξω κόρας, Ὡς δῆθεν οὐκ εἰδυῖα τἀξειργασμένα. Ibid. 1117. Εἴσιμεν ἐς οἴκους δῆθεν ὡς θανούμενοι. Interdum vero sine ὡς, ut Sophocl. Trachin. 382. δῆθεν οὐδὲν ἱστορῶν. Thucyd. I. 127. τοῦτο δὴ τὸ ἄγος οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐλαύνειν ἐκέλευον, δῆθεν τοῖς θεοῖς τιμωροῦντες. III. 110. ἐν τούτῳ δὲ οἱ Μαντινεῖς, καὶ οἷς ἔσπειστο, πρόφασιν ἐπὶ λαχανισμὸν καὶ φρυγάνων ξυλλογὴν ἐξελθόντες, ὑπαπῄεσαν κατ' ὀλίγους, ἅμα ξυλλέγοντες ἐφ' ἃ ἐξῆλθον δῆθεν. Hesychius explicat per ἐντεῦθεν.

Ibid. Τοὔμπαλιν. *Contrarium.* Male interpretes *Contra;* est enim accusativus post σπεύδοντες. ut in Eurip. Hec. 1183. τίνα δὲ καὶ σπεύδων χάριν. Hesychius et Schol. B. τοὔμπαλιν· τὸ ἐναντίον.

Agam. 1426. ἐὰν δὲ τοὔμπαλιν κραίνῃ θεός. Eurip. Hecub. 782. εἰ μὲν ὅσια—εἰ δὲ τοὔμπαλιν.

212. Ἐνταῦθα. *In illo tempore.* τότε. Schol. B. Ἐνταῦθα, καὶ τὸ χρονικὸν, καὶ τὸ ἐπὶ τόπου. Hesych.

Ibid. Λῷστος. *Optimus.* λῷστα· συμφέροντα, ἄριστα. Hesych. frequentior est in hoc sensu quam τὰ ἄριστα. Formata est vox a Dorica λῶ *volo.*

214. Ἠδυνήθην. Attice pro ἐδυνήθην. Mœris p. 175. Ἤμελλον, ἠβουλόμην, ἠδυνάμην, ηὐξάμην, διὰ τοῦ η, Ἀττικῶς· διὰ δὲ τοῦ ε, Ἑλληνικῶς. Adde ἠπιστάμην. vid. infra 273.

Ibid. Αἱμύλος. ; *Vafer.* ποικίλος, πυκνὸς, πανουργὸς, δολερός. Schol. in Platon. ed Ruhnken. p. 59. Videtur formatum fuisse ab αἵμων, *sciens,* ὑποκοριστικῶς, teste Etymol. M. p. 35, 26. Diminutiva in υλος desinentia aliquid ὑποκοριστικόν in se habent, ut ἡδύλος ab ἡδύς, μικκύλος a μίκκος vel μικρός, ἐρωτύλος ab ἔρως, ὀσμύλος, αἰσύλος, Αἰσχύλος, Χρεμύλος. Forma Æolica fuisse videtur, quippe quæ in lingua Latina servata fuerit, ut in diminutivis *parvulus, tremulus, globulus,* et similibus, ac præsertim *æmulus,* quæ vox nihil aliud est quam αἱμύλος. Omnes hujusmodi voces paroxytonæ sunt, exceptis tantum ὄξυλος et Ἴτυλος, teste Schol. Theocrit. III. 7. et omnes penultimam corripiunt; producit tamen penultimam retrahitque accentum Ἵππυλος in Aristoph. Vesp. 192. Καίτοι παρῆν Ἵππυλος, Ἀντιφῶν, Λύκων. Sed ibi legendum est vel παρῆσαν Ἱππύλος, A. A. vel παρῆν Ἵππυλλος. Dicebant enim Βάθυλλος et Βαθύλος, Δέρκυλλος et Δερκύλος, Θράσυλλος et Θρασύλος, Φάϋλλος, Ἀρίστυλλος, Νικύλλα, Ἀρετύλλα, Κρίτυλλα. Plato Legg. VIII. p. 587. ed. Bas. 2. Κρίσσωνα καὶ Ἄστυλλον καὶ Διόπομπον. sed ibi Grynæi versio et Clem. Alex. Strom. III. p. 534. præbent Ἀστύλον, monente Porsono. Alterum tamen malim. Vid. Bentl. ad Callim. Fr. p. 346. Valckenaer. ad Xenoph. Mem. I. i. 18. et Eurip. Phœniss. p. 596. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 6. et Bastii Epist. Crit. p. 243. Κηρύλος, Alcyonis maritus, plerumque per unicum λ effertur; Κήρυλλος tamen scripserat Pausanias ap. Eustath. ad Il. I. p. 776, 39. in Lexico ejus desiderato, cujus lacinias

quasdam vere pretiosas conservavit nobis bonus Episcopus Thessalonicensis.

216. Ἀμοχθί. *Sine labore.* Hujusmodi adverbia modo per ει diphthongum, modo per simplicem ι sine certa regula efferuntur. Ego, quare ἀμοχθί et non ἀμοχθεί scripserim, paullo fusius explicare decrevi. Adverbia cujuscunque formæ non a secundo casu nominum, quod somniarunt Grammatici, sed a tertio nata esse, satis ostendit universa linguarum ratio. Horum autem pars maxima, a dativo numeri pluralis orta, in ως desinebat, (scilicet οις); nonnulla, a dativo singularis, in ει vel ι. Ea nempe, quæ a nominibus in η vel α desinentibus formata sunt, veteres scribebant per ει, utpote quæ nihil aliud fuerint quam dativi, ita scripti ante inventas ω et η literas. Sic a βοέ, genitiv. βοἑς, dativ. βοεῖ, ortum est αὐτοβοεί. Dativus vero nominum in ος desinentium ita olim formabatur, οἶκος, dat. οἴκοι. στρατός, dat. στρατοῖ; ideoque omnia adverbia, ab hujusmodi vocibus ducta, in οι antique desinebant; quod satis liquet ex adverbiis οἴκοι, πεδοῖ, ἁρμοῖ, ἐνδοῖ, quæ veterem terminationem adhuc retinent. Postea, ne cum nominativo plurali confunderentur, ο omisso, scripta suut in ι. Quæ si vera sint, scribendum est αὐτοβοεί (atque ita, quantum notavi, universe scribitur); et forsan αὐτοετεί (Theocrit. XXVIII. 13.) cetera vero in ί. Exempla quædam videamus. ἀμαχεί perperam ubique exhibetur, quum sit ex ἄμαχος. ἀνατεί editur in Æschyl. Eumen. 59. Sophocl. Antig. 485. Lycophron. 1150. Platon. Legg. IX. p. 659. Eurip. Med. 1354. ἀνατί tamen recte Etymologus p. 100, 56. Timæus Lex. Platon. p. 31. Lycophronis MSS. Hesychius, Schol. in Platon. p. 235. Schol. Eurip. Med. 1357. qui Sophoclis locum citat: est enim ab ἄνατος, atque ita quidem Scholiasta Sophoclis et unus MS. ἀμαχητί recte Homer. Il. Φ. 437. Thucyd. IV. 73. vid. Wolf. ad Libanii Epist. 774. ἀστεναχτί bene dedit Brunckius in Aristoph. Eccles. 464. pro vulgato ἀστενακτεί: idem tamen perperam in v. 1020. ejusdem fabulæ, vulgatum ἀνατί in ἀνατεί mutavit. Valckenaerius ad Theocrit. Adoniaz. p. 228. scribendum censet ἀστακτί et ἀγελαστί, sed ἀκλαυτεί, ἀμαχεί, ἀκηρυκτεί, πανομιλεί. Quibus rationibus ad hanc distinctionem statuendam vir magnus permotus sit, nescio; hoc vero affirmare ausim, rem nunquam ab eo accurate

perpensam fuisse. ἀστακτί legitimam terminationem conservavit in Sophocl. Œd. Col. 1646. Platon. Phæd. 66. Philostrat. Vit. Apollon. Tyan. III. 17. p. 108. Heroic. X. 8. p. 714. et Suida; sed male legitur apud Ælian. H. A. X. 17. ἀστακτεί. In Æschyli Theb. 302. rescribendum πανδημί, πανομιλί. ἀνωμοτί Herodot. II. 118. ἀφρικτί Callim. H. Dian. 65. ubi vid. Spanhem. ἀκροποδητί Lucian. Dial. Mar. I. p. 324. Adversus Valckenaerii canonem ἀκλαυστί exhibent Suidas et Apollon. Dyscol. Excerpt. p. 434. C. et scribendum pariter ἀκλαυτί, ἀκηρυκτί. Hesychius habet ἀναιμακτί et ἀναιμωτί, Etymologus ἀκονιτί et ἀπονητί p. 50, 31. πανοικί Æschines Socrat. II. i. p. 36. ed. Horrei, Suidæ et Cyrilli Lexica. πανστρατί Suidas, et Scholiastæ Homeri ad Il. B. 12. Oppiani ad Hal. I. 462. πανσυδεί Thucyd. VIII. 1. cujus origo incerta est; mallem tamen πανσυδί, quod præbent quinque MSS. et vetus Codex Dionysii Halicarn. necnon Suidas; nescio tamen annon melior sit orthographia Photii in Lexico MS. πασσυδί. ἀμελλητί Hesychius et Lex. MS. Sangerm. a Ruhnkenio ad Timæum citatum. ἀμισθί et ἀτιμωρητί Æschines Socrat. II. i. p. 36. ἀμεταστρεπτί Timæus et Hesychii MS. αὐτονυχί per ι manifesto scribendum erat; quidam tamen aliter scripserunt: Eustath. ad Iliad. Θ. p. 708, 1. τὸ δὲ αὐτονυχεὶ, ἐν τοῖς Ἀπίωνος μὲν καὶ Ἡροδώρου, διὰ τοῦ ῖ γράφεται; ἄλλοι δὲ διὰ διφθόγγου αὐτὸ ἔγραψαν. In Sophocl. Ajac. 1227. edd. vulg. ἀνοιμωκτεὶ, sed ἀνοιμωκτὶ præbet Eustath. ad Il. Θ. p. 723, 28. quod jure recepit Brunckius. Veterem formam haud raro corruperunt librarii, quia nesciverunt ι finalem modo corripi, modo produci. Lex Seguier. p. 432. ed. Bekker. ἀπονητί, ἀπνευστί, ἀνιδρυτί, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἐκτείνεται καὶ συστέλλεται. Falsa est regula quam tradit Apollonius de Adverb. p. 571. ed. Bekker. ea nempe adverbia in ί desinentia quæ a nominibus formata sunt, ultimam producere, ut ἀθεωρητί, ἀκονιτί, ἀμογητί, ἀκλαυτί, πανθοινί. ἀμογητῐ Iliad Λ. 636., μεγαλωστῐ Σ. 26. μελεϊστῐ Ω. 409. ἀστενακτῐ Æschyl. ap. Athen. VII. p. 303. C. ἀωρῐ Aristoph. Eccles. 737. Theocrit. XI. 40. XXIV. 38. ἀκλητῐ in senario Comici Ἀκλητῐ κωμάζουσιν ἐς φίλων φίλοι. ἐγερτῐ Sophocl. Antig. 413. Σκυθιστῐ Sophocl. Œnomao ap Athen. IX. p. 410. C. Ἀργολιστῐ Idem ap. Schol. Pindar. Isthm. VI. 86. Parmeno ibid. V. p. 221. A. Πελοποννασιστῐ Theocrit. Adoniaz. 92. Δωριστῐ Aristoph. Eq.

989. Theocrit. Idyll. XVIII. 28. ἀνδριστὶ ibid. 23. βαρβαριστί Aristoph. ap. Phot. v. Στοῖχος. in fine tetrametri. ἀμισθὶ Archiloch. ap. Apollon. Dyscol. Reizii Excerpt. p. 435. Eurip. Troad. 413. Ultimam producunt ἀνιδρωτί Iliad. O. 226. ἀσπουδὶ O. 476. ἀναιμωτί P. 363. ἀνουτητί X. 371. μεταστοιχί Ψ. 358. ἀνωϊστί Δ. 93. ἐγκυτί Archilochus ap. Etymol. M. p. 311, 40. (ejusdem tamen vocis ultimam corripit Callimachus ap. Suid. v. ἐν χρῷ. Bentl. Fragm. CCCXI. ubi male Ernestius ἐγγυτί e Lex. MS. Parisiensi, Archilochi locum non recordatus.) ἀστακτί Sophocl. Œd. Col. 1646. penultimam porrigit. ἀκρονυχί Meleager Brunck. Anal. I. p. 10. ἀκλαυτί (ita scribendum) Callim. Fr. CCCCXVIII. De hac re digna est quæ legatur observatio Grammatici MSti ap. Hermann. de Emend. Gr. Gramm. p. 448. τὰ εἰς τῖ λήγοντα ἐπιῤῥήματα, εἰ γένοιτο ἀπὸ τῶν εἰς ζω λῃγόντων ῥημάτων, ἢ ἀπὸ τῶν εἰς ως ἐπιῤῥημάτων, συστέλλειν θέλει τὸ ῖ, Ἰαστὶ, Λιβυστὶ, Φρυγιστὶ, Δωριστὶ, μεγαλωστὶ, δημιωστὶ, ἱερωστὶ, νεωστί. τὸ μέντοι ἀπνευστὶ, καὶ ἀνωϊστὶ, παρὰ τὸ ἄπνευστος καὶ ἀνώϊστος, τὰ δὲ (l. τε) ἀπὸ πτωτικῶν, οὕτως μηκύνεται, ὡς ἔχει τὸ ἀκονιτὶ, ἀναιμωτὶ, πανθοινὶ, ἀκριτί. ἔστι δὲ ὅτε ποιητικῇ ἀδείᾳ συνεσταλμένον προφέρεται. Cf. Ernestii notam ad Iliad. P. 363. Valckenaer. Epist. ad Rover. p. 31. De adverbiis gentilibus in τι, quæ omnia ultimam corripiunt, consuli potest Koen. ad Gregor. p. 37. Levissima sane hæc omnia, satis scio, et parvi, si per se spectentur, momenti. "Sed ex elementis constant," Clarkii verbis utor, "ex principiis oriuntur omnia: et ex judicii consuetudine in rebus *minutis* adhibita, pendet sæpissime etiam in *maximis* vera atque accurata scientia."

218. Πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία. Cf. Apuleium Met. XI. p. 259. ed. Elmenhorst. *Cujus numen unicum . . . . nomine multijugo totus veneratur orbis.*

219. Κραίνω. *Ratum facio.* De fato sive Deorum decretis plerumque usurpatur.

Ibid. Προθεσπίζω. *Prædico.* a θέσπις i. e. θεῶν ὄπις (Il. Π. 388.) *vox divina.* ὄπις tamen apud Herodotum *cura* est. Proclus Chrestom. p. 472. ed. Gaisford. καὶ Ἕλενος περὶ τῶν μελλόντων αὐτοῖς προθεσπίζει. Cic. Attic. VIII. 11. Προθεσπίζω *igitur, noster*

Attice, non ariolans, ut illa cui nemo credidit, sed conjectura prospiciens. Quem ad Euripidis Alexandram respicere, monuit Toup. ad Longin. 15.

220. **Πρὸς τὸ καρτερόν.** *Per vim.* i. q. πρὸς βίαν v. 217. quod frequentius est. Eumen. 4. Sophocl. Phil. 103. πρὸς ἀνάγκαν Pers. 568. πρὸς ὀργήν Sophocl. El. 371. πρὸς εὐσέβειαν ibid. 464. πρὸς τὸ νηπιώτερον Incert. ap. Stob. I. p. 125. πρὸς ἡδονήν Eurip. Med. 771. Iph. Aul. 1022. Sophocl. El. 921. πρὸς φιλίαν Xenoph. Anab. I. iii. 19. Vid. Dorvill. ad Charit. p. 354. Sic πρὸς χάριν, πρὸς ἡδονήν, dicebant; aliter Euripides Med. 395. τόλμης δ' εἶμι πρὸς τὸ καρτερόν.

223. **Ἀξιόω.** *Dignor.* Item *dignum judico.* infra v. 248. Ulpian. ad Demosth. Ol. III. p. 29. Ἀξιόω· ἀντὶ τοῦ ἄξιον νομίζω. οὐ γὰρ εὑρίσκεται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, εἰ μὴ σπανίως, τὸ ἀξιῶ ἐπὶ τὸ παρακαλῶ. Item *dignus sum,* vel *dignum me censeo.* Sophocl. Œd. Tyr. 963. Thucyd. VII. 15. et *credo,* et interdum, sed rarius, *honoro,* ut in Eurip. Hecub. 323. nostri Agam. 904.

224. **Τῶν παρεστώτων τότε.** *Earum rerum quæ menti tunc succurrebant,* vel *quæ tunc facere licebat.* Agam. 1055. τὰ λῷστα τῶν παρεστώτων λέγει.

226. **Συμπαραστατέω.** *Simul adsto.* a παραστάτης, voce militari. Παραστάται· οἱ ὁμόζυγοι τῶν λόχων πρωτοστάται καὶ ἐπιστάται, διὰ τὸ παρὰ ἀλλήλοις ἵστασθαι. Lex. MS. ap. Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 506. auctore forsan Orbicio vel Orbilio.* Idem fere erant παραστάτης et παρασπιστής.

227. **Μελαμβαθής.** *Nigram habens profunditatem.* Sic infra

* Jensius epigramma vulgavit εἰς βίβλον ἰατρικῶν Ὀρβιλίου, quod Heringa Obs. XXX. p. 263. recte reformavit in τακτικῶν Ὀρβικίου. Mirum est tamen, Medico doctissimo adeo nihil de hoc Orbicio constitisse, quum epitomen illius libri ejus partis, quæ de ordinibus militaribus tractavit, in farraginem suam transtulerit Etymologici Auctor p. 728, 48. atque inde vulgarint eam ad calces Lexicorum suorum Constantinus, Scapula, alii. Verum nomen ejus erat Urbicius, Οὐρβίκιος. Sub Adriano vel Trajano vixit. Vid. Salmasii Epist. p. 73. et ad finem Onosandri. Confer Chardon de la Rochette *Mélanges* I. p. 397.

κνεφαῖα Ταρτάρου βάθη. Eurip. Phœniss. 1024. σηκὸν ἐς μελαμβαθῆ. Sophocl. Polyxena ap. Stob. Ecl. Phys. p. 129. Ὦ τὰς ἀπαίωνάς τε καὶ μελαμβαθεῖς Λιποῦσα λίμνας ἦλθον ἠχούσας γόοις. Valcken. ad Phœniss. p. 367. legit μελαμφαεῖς, quem sequitur Ruhnken. ad Longin. 15. quod miror. In hoc loco membranæ quædam μελαμβαθὺς, contra analogiam; adjectiva enim in υς cum altera voce composita, υς in ης mutant, ut πτερυγωκής, κυνοθρασής, &c.

229. Αὐτοῖσι συμμάχοισι. *Una cum sociis.* Vid. supra ad v. 138. Monk. ad Eurip. Hippol. 1184.

231. Ἀνταμείβομαι. *Remuneror.* Usurpatur vel cum dativo vel cum genitivo. vide notam.

235. Σαφηνίζω. *Explico.* Verbum apud poetas rarius. Choeph. 676. ἐξιστορήσας καὶ σαφηνίσας ὁδόν. cf. 642.

238. Διαστοιχίζομαι. *Per ordines dispono.* Hesych. Διεστοιχίζετο· διετίθετο ἐν στοίχῳ καὶ τάξει· διῄρει. ἀπὸ τῶν εἰς τοὺς σηκοὺς εἰσαγόντων τὰ ποίμνια, καὶ διακρινόντων ἐκ τῆς νομῆς ἑκάστῳ τὰ ἴδια. a στοῖχος *ordo.*

239. Ταλαίπωρος. *Miser.* ἐπίπονος, τλητικός. Hesych. παρὰ τὸ τλῆναι τὸν πῶρον, ὅ ἐστι πένθος. Schol. ad Aristoph. Plut. 33. Cf. Suid. v. πῶρος. et Schol. ad Sophocl. Œd. Col. 14.

Ibid. Λόγον ἔχειν οὐδένα. *Nihili facere.* Eustath. ad Iliad. I. p. 757, 34. λέγεται δὲ ὁ ἄτιμος, καὶ οὐκ ἐν ἀριθμῷ κεῖσθαι, ὁμοίως οὐδὲ ἐν λόγῳ εἶναι. dein citat Sophocl. Aj. 477. Sententia Pythagorea ap. Iamblichum p. 208. τοὺς μὲν ἑταίρους ἦγεν ἴσους μακάρεσσι θεοῖσι· Τοὺς δ' ἄλλους ἡγεῖτ' οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. Tyrtæus, οὔτ' ἂν μνησαίμην, οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείην. Herodot. VIII. 102. Μαρδονίου δὲ, ἤν τι πάθῃ, λόγος οὐδεὶς γίνεται. Sic λόγον ποιεῖσθαι οὐδένα ibid. l. 4. VII. 12. 14. ποιεῖν Theocrit. II. 6. III. 33. Callim. Ep. 36. νύμφης δ', ὡς Μεγαρέων, οὐ λόγος οὐδ' ἀριθμός. Theocrit. XIV. 48. ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι, οὔτ' ἀριθματοὶ, Δυστανοὶ Μεγαρῆες, ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρᾳ. ubi vid. Schol. Sic apud Latinos, *qui aliquo sunt numero atque honore*, Cæsar B. G. VI. 13.

240. **Ἀϊστόω.** vide supra v. 157.

241. **Φιτύω.** *Planto. Gigno.* Photius Lex. MS. Φίτυ· φυτόν, φύτευμα. Φερεκράτης.—Φιτῦσαι· γεννῆσαι. ἐπὶ τοῦ πατρὸς τίθησιν· ἐπὶ δὲ μητρὸς οὐκ ἔτι, ἀλλὰ γεννῆσαι, καὶ φιτύοντος, ὁμοῖον τοῦ γεννῶντος. λέγει δὲ καὶ τὸ γέννημα φίτυ Εὔπολις Αὐτολύκῳ. , Ἀτὰρ ἤγαγεν καινὸν φίτυ τῶν βοῶν., Eupolidis fragmentum citant quoque Schol. in Platon. ed. Ruhnken. p. 211. Suidas in v. φιτῦσαι. Elmsleius conjicit καινόν τι φῖτυ, mallem κ. τὸ φ. ob articulum τῶν. Hesych. Φίτυ· φυτόν. Eustath. ad Il. Γ. p. 313. φίτυς· πατήρ. De scriptura vocis φιτύω, quæ primam semper producit, vid. Porson. Append. ad Toup. p. 443. notas ad Thom. M. v. Φυτεύειν.

244. **Διαῤῥαίω.** *Perfringo.* vid. supra ad v. 197.

247. **Ἐν οἴκτῳ προθέμενος.** *Misertus.* Neque hanc neque similem phrasin alibi vidisse memini: nota enim ista ἐν λόγῳ, ἐν ἀριθμῷ τιθέναι, nihil ad rem sunt; non enim in θέσθαι sed in προθέσθαι hæreo. Aliter dixit Herodotus VI. 21. καὶ πένθος μέγα προεθήκαντο.

248. **Ἀξιοῦμαι.** *Dignus judicor.* vide supra ad v. 223. Luc. Evang. xx. 35. οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν. quocum Porsonus in schedis comparaverat hunc locum, Pausan. Achaic. I. p. 521. Eurip. Hel. 411. Isocrat. Plataic. p. 28, 15. 44, 2.

Ibid. **Νηλεῶς.** *Immisericorditer.* Anacr. LX. νηλέως φεύγεις. Hanc formam pro vulgata ἀνηλεῶς Elmsleio obsecutus, dedi. Meminerint tamen tirones eam ex ἀνηλεώς per aphæresin formari, non autem ex particula privativa νή, quæ, si quid me audias, a Græcia abjudicanda est: quæ opinio exemplis confirmanda est. Valckenaerius, vir longe eruditissimus, aliter sentiebat; putabatque νηλεῶς a νή et ἔλεος componi, ut νῆστις a νή et ἔστις. Quod si verum sit, quid fiet ἄνηστις, quæ vox alicubi apud Cratinum Athenæi eodem sensu occurrit? Quinimo νήγρετος et ἀνήγρετος, νήνεμος et ἀνήνεμος, νηκουστέω et ἀνηκουστέω, νήκεστον (Hesiod. Op. 283.) et ἀνήκεστον promiscue adhibentur: item νηλεγής pro ἀναλεγής, νηπενθής pro ἀναπενθής, νημερτής pro ἀναμαρτής (Hesych.) dempto α, et α in η Ionice mutato.

ἀνάλιπος legitur ap. Theocrit. IV. 56. pro quo νήλιπος Apoll. Rh. III. 646. Lycophr. 635. quod reponendum est in Sophocl. Œd. Col. 349. pro vulgato νηλίπους. ducitur enim ab ἦλιψ, ὑπόδημα. Eustath. ad Iliad. K. p. 787, 52. aliter ἐτυμολογεῖ.

249. Ῥυθμίζω. *Constringo. Concinno.* Gloss. Vett. Ῥυθμίζω. *Modulo, formo.* Metaphora a verbis desumta quæ in rhythmum rediguntur et coercentur. Sophocl. Antig. 813. Τί δέ; ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὅπου; quem versum mire citant Grotius in Excerptis p. 149. et Abreschius Misc. Obs. V. p. 286. sedem ejus ignorantes. Eurip. Hecub. 910. ἐγὼ δὲ πλόκαμον ἀναδέτοις μίτραισιν ἐῤῥυθμιζόμαν. Noster Pers. 746. de Xerxe, qui mare coercere tentabat, καὶ πόρον μετεῤῥύθμιζε. Plato Phædr. p. 205. ed. Basil. sec. ῥυθμίζοντες εἰς τὸ ἐκείνου ἐπιτήδευμα καὶ ἰδέαν.

250. Σιδηρόφρων. *Ferreo animo.* Stanleius apte comparat Heliodor. 14. Τίς οὕτως ἀδαμάντινος ἢ σιδηροῦς τὴν καρδίαν, ὡς μὴ θέλγεσθαι καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἀκούων; Proxime Theocrit. 26. πέτρας ὅγ' ἔχει νόον ἠὲ σιδάρου Καρτερὸν ἐν στάθεσσιν. Eurip. Med. 1276. τάλαιν', ὡς ἄρ' ἦσθα πέτρος, ἢ σίδαρος. Ovid. Amor. III. vi. 59. *Ille habet et silices et vivum pectore ferrum, Qui tenero lacrymas lentus in ore videt.* Tibullus I. i. 63. *Flebis; non tua sunt duro præcordia ferro Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.* Adumbrantur ex Homerico σιδήρειόν νύ τοι ἦτορ, Il. Ω. 205. σιδηρόφρων occurrit Theb. 53.

251. Ξυνασχαλάω. vid. v. 161.

255. Περαιτέρω. *Ulterius.* πλείω ἔμπροσθεν. Hesych.

261. Ἐφήμερος. *Diurnus.* ἐφημέριος quoque adhibebant poetæ. Cf. vv. 561. 981.

271. Ἐλαφρός. *Facilis.* plerumque vero *levis:* similiter κοῦφος pro ῥᾴδιος usurpatur.

Ibid. Πημάτων ἔξω πόδα ἔχει. Suidas, Αἴρειν ἔξω πόδα πηλοῦ· ἐπὶ τῶν βουλομένων μὴ ἐν πράγμασιν εἶναι. λέγεται δὲ καὶ

αἴρειν ἔξω πόδα αἰτίας. Choeph. 694. *Ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα.* Pindar. Pyth. IV. 513. *καλὰ γινώσκοντ' ἀναγκᾳ ἔκτος ἔχειν πόδα.* Sophocl. Œd. Col. 1260. *ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα.* Eurip. Heraclid. 110. *Καλὸν δέ γ' ἔξω πραγμάτων ἔχειν πόδα.* Horat. 2. S. VII. 27. *Necquicquam coeno cupiens evellere plantam.*

277. **Κατισχναίνω.** *Attenuo.* *ἐκλεπτύνω.* Schol. ad Eumen. 138. ab *ἰσχνός tenuis.* *Κατισχνοῦν· καταλεπτύνειν.* Hesych. Callimach. Epigr. 49. *Αἱ Μοῦσαι τὸν Ἔρωτα κατισχναίνουσι, Φίλιππε.* Et in Philemone apud Stobæum LVII. Cleric. p. 348. scribendum puto *κατισχναίνων,* ubi vulgatur *Λίαν ἀπισχναίνων με ποιήσει νεκρόν.*

Ibid. **Πεδάρσιος.** *Sublimis.* Æolice pro *μετάρσιος.* *Μετάρσια δὲ, τὰ μεταξὺ τοῦ αἰθέρος καὶ γῆς ἐν ἀέρι συνιστάμενα.* Schol. in Platon. ed. Ruhnken. p. 249. vid. infr. 735. Valcken. ad Phœniss. 1034. de *πεδαίρω* locutus, ait, " Verbum est Æolicum, neque a Sophocle potuit vel ab Euripide præterquam in choro collocari, vel in trochaicis. . . . . . Æschylus in senariis Doricis istiusmodi formis et Æolicus non abstinet, cui pro *μετάρσιος* adhibetur *πεδάρσιος.*" Idem ibid. v. 11. de Æschylo ; " Quas in Sicilia didicerat formas verborum Doricas, in Atticam scenam introducere non dubitavit. Athen. IX. p. 402. C. *Αἰσχύλος, διατρίψας ἐν Σικελίᾳ, πολλαῖς κέχρηται φωναῖς Σικελικαῖς.*" Sic *πεδάοροι* pro *μετέωροι,* et *πεδαίχμιοι* pro *μεταίχμιοι* Choeph. 587. *πεδοίκου χελιδόνος* pro *μετοίκου* in *Τρόφοις* ap. Hesych. in voce. *Μάσσων* Dorice pro *μείζων* adhibetur infr. 650. *Μᾶ* pro *μῆτερ* Suppl. 897. quod Doricum est. *ποτί* pro *πρός* in senario Eum. 79. *ἀρχέστατον* in Penelopa ap Etymol. M. p. 31, 6. Ionice. *ἀφθονέστερος* in Heliasin ap. Athenæum et Eustath. ad Iliad. I. p. 746, 46. præter *ξεῖνος* et similia magis trita.

278. **Ἀγείτων.** *Sine vicinis.* *Desertus.* Eurip. Electr. 1130. *Οὕτως ἀγείτων οἶκος ἵδρυται φίλων.*

279. **Δύρομαι.** *Lamentor.* idem quod *ὀδύρομαι.* vid. supr. ad v. *Κέλλω.* v. 191.

280. **Πεδοῖ.** *Humi.* *In terram.* Eustath. ad Il. A. p. 153, 34.

Πεδοῖ παρ' Αἰσχύλῳ· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ πεζῇ. vid. supr. p. 111, 20. et ad Od. Σ. p. 1839, 56. Scholiasta ad Dionys. Thrac. p. 944. ed. Bekker. tradit scribendum esse πέδοι, ut ἔνδοι, μέσοι. Nonnullos tamen etiam ἐνδοῖ scripsisse discimus ex Apollonio de Adv. p. 610, 25. πέζοι Thucyd. II. 94.

Ibid. Διὰ τέλους. *Penitus.* διαπαντός. Hesych. cf. 291. Eumen. 64. Eurip. Suppl. 270. διὰ τέλους εὐδαιμονοῦν. Hecub. 1183. διὰ τέλους σοφοί. Menander ap. Athen. IV. p. 166. C. πλεῖν τοῦτον ἤδη διὰ τέλους, Καὶ μηδ' ἐπιβαίνειν γῆς. Lysias c. Andoc. p. 112. ed. Auger. καὶ τὸν ἄνδρα οὐ δῆμος, οὐκ ὀλιγαρχία, οὐ τυραννὶς, οὐ πόλις ἐθέλει δέξασθαι διὰ τέλους.

283. Ταυτά τοι πλανωμένη, &c. *Namque eodem modo pererrans infortunium, nunc huic nunc illi adsidet.* i. e. *Erga alios, sicut erga me mutabilis fortuna.* ταυτά pro κατὰ ταυτά.

285. Ἐπιθωΰσσω. vid. supr. v. 73.

287. *Κραιπνόσυτος. *Celeriter vectus.*

288. Θᾶκος. *Sedes.* Hæc forma a poetis Atticis usurpabatur. Θῶκος Ionicum videtur. Thom. M. Θᾶκος, Ἀττικόν. Auctor Lexici MS. ap. Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 500. παρὰ τὸ θῶ, τὸ τιθῶ, θῶκος καὶ θᾶκος. quem exscribit Auctor Etym. M. p. 441, 11. Cratinus in Archilochis apud Suid. v. Διὸς ψῆφος. Ἔνθα Διὸς μεγάλου θᾶκος πεσσοί τε καλοῦνται. ubi vulgatur θῶκος: recte Hesych. Διὸς θᾶκοι καὶ πεσσοί. τινὲς γράφουσι, Ψῆφοι. Vid. Glossar. in Agam. 502.

289. Πόρος. *Callis.* Sensu diverso supra v. 111.

Ibid. Ὀκριόεις. *Asper. Confragosus.* Etymol. M. p. 261, 6. Ὀκριόεις, ὁ τραχὺς λίθος· ὀκρίας δὲ τὰς πέτρας φησὶν Ὅμηρος. Δι' ὀκρίας ἠνεμοέσσας. (Od. I. 400. Π. 365.) In Homero hodie legitur ἀκρίας; sed melius ὀκρίας, quod magis Æolicum est, atque etiam Ionicum. Hippocrates habet ὀκριώδης, et Erotianus ὀκρίς. Photius Lex. MS. Ὀκριάζων· τραχυνόμενος, Σοφοκλῆς. ὀκριόεις et ὀκρυόεις sæpissime confusa esse notat Adr. Heringa Obs. Crit. p. 16.

290. **Πελῶ.** pro πελάσω, fut. a πελάζω. Sophocl. Œd. Col. 1060. Phil. 1150. El. 497. Alteram formam πελάσω prætulit Euripides. Or. 1684. Iph. Taur. 886. Hel. 361. El. 1332. *Elmsl.*

294. ***Πτερυγωκής.** *Rapide volans.* ταχὺς ταῖς πτέρυξι. Schol. B. Idem quod ὠκύπτερος, ordine verborum inverso.

295. **Γνώμῃ.** *Voluntate sola.* θελήματι ἐμῷ. Schol. B. Sed forsan γνώμῃ *sagacitate* ipsius alitis. Simile est quod narrat Alcinous de Phæacum navibus, Od. Θ. 559. οὐ γὰρ Φαιήκεσσι κυβερνητῆρες ἔασιν, οὐδέ τι πηδάλι' ἐστὶ, τά τ' ἄλλαι νῆες ἔχουσιν, 'Αλλ' αὐταὶ Fίσασι νοήματα καὶ φρένας ἀνδρῶν.

Ibid. **Στόμιον.** *Lupatum.* Vid. Glossar. in Agam. 130.

299. **Οὐκ ἔστιν ὅτῳ, &c.** *Nemo est cui majorem beneficentiæ partem adsignare vellem, quam tibi.* μερίδα δώσαιμι. Schol. B. λείπει φιλίας. Schol. A. Sophocl. Trachin. 1240. 'Ανὴρ ὅδ', ὡς ἔοικεν, οὐ νέμει γ' ἐμοὶ Φθίνοντι μοῖραν, ubi Brunckius post tres MSS. edidit νέμειν. Si quis exempla quærat formulæ μέρος vel μοῖραν νέμειν, adeat Eurip. Hecub. 856. Suppl. 241. Hel. 923. Markland. ad Suppl. 380. Eurip. ap. Stob. Floril. II. p. 17. et ap. Plutarch. Moral. pp. 912. 1119. Cf. Homer. Il. I. 314. Sophocl. Œd. Col. 277. Theocrit. XIV. 17. Epigr. XV. 1. Thucyd. III. 3. 48. Non valde diversum est illud Ovidii Ep. XXI. 8. *Illa tamen justa plus tibi parte favet.*

302. ***Χαριτογλωσσέω.** *Lingua gratificor. Verbis tenus officiosus sum.* Parum accurate Stephanus *lingua gratiam aucupor.* Schol. A. Χαριτογλωσσεῖν. μεχρὶ γλώσσης χαρίζεσθαί σοι, καὶ οὐκ ἔργοις. quod Euripides vocat γλώσσῃ χαρίζεσθαι, Orest. 1528. Noster Choeph. 264. Γλώσσης χάριν δὲ πάντ' ἀπαγγελεῖ τάδε, *adulandi gratia.* Eodem sensu dixit Theognis. v. 63. ἀπὸ γλώσσης φίλος εἶναι, i. e. non ἀπὸ θυμοῦ. Idem. v. 973. Μή μοι ἀνὴρ εἴη γλώσσῃ φίλος, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ. cf. Agam. 786. et Glossar.

307. **'Επόπτης.** *Spectator.* In fragmento de upupa ap. Aristot.

de Animal. XI. Τοῦτον δ' ἐπόπτην ἔποπα τῶν αὐτοῦ κακῶν Πεποικίλωκε. alibi dicit ἐποπτήρ. Theb. 640. ἐποπτῆρας λιτᾶν.

308. Ἐπώνυμος. *Cognominis.* Lucian. Dialog. Marin. IX. p. 311. μηδαμῶς, ὦ Πόσειδον· ἀλλ' ἐνταῦθα ἐν τῷ ἐπωνύμῳ πελάγει τεθάφθω. ubi Hemsterhusius notat "ἐπώνυμος præditum duplici potestate, eo magis observanda, quod sæpe deluserit eruditos Interpretes, vel *qui nomen ab alio trahit*, vel, *qui suum alteri tribuit.*" Vox Æschylo in deliciis erat: vid. Theb. 9. 136. 405. 536. 658. Eumen. 90. Choeph. 181. Suppl. 311.

Ibid. Πετρηρεφής. *Saxis contectus.* ab ἐρέφω *tego.* Vox occurrit Eurip. Ion. 1400. et Cycl. 82. ἄντρα δ' εἰς πετρηρεφῆ Ποίμνας ἀθροῖσαι.

309. Αὐτόκτιτος. *Non manu factus, sed sponte natus.* Virgil. *Vivo sedilia saxo.* quod Sophocles dixit αὐτόποιον. Œd. Col. 698. Hesych. Αὐτοκτίστους δόμους. οὐ κατεσκευασμένους, ἀλλ' ἐκ ταυτομάτου γεγενημένους. Σοφοκλῆς Κηδαλίωνι. Miror Brunckium in Lex. Sophocl. Salmasium non audiisse αὐτοκτίτους reponentem; est enim non a recentiorum κτίζω, sed ab antiquo κτίω, unde κτίτορες, κτιμένος et similia. Eustath. ad Il. T. p. 1175, 12. de voce περικτίονες. Δοκεῖ δὲ προϋπάρχειν αὐτοῦ ῥῆμα τὸ κτίω· ἐξ οὗ καὶ οἱ ἐν τῇ τραγῳδίᾳ κτίται, ὅπερ ἐστι κτίτορες. emendante Valcken. ad Act. Apost. IV. 34. Notandum est verbum κτίζω apud Homerum nusquam occurrere: nam in Il. Υ. 216. legendum est κτίσσε. Eurip. Or. 1637. Ἄργους κτίται. ubi Schol. citat ex Pindaro ὀρεικτίτου συός (non ὀρικτίτου) et ex Homero ἐΰκτιτον ἄστυ.

Ibid. *Σιδηρομήτωρ. *Ferri mater.* vid. supra ad v. 90.

311. Ξυνασχαλῶν. vid. supra 167.

313. Ξυγκαθίστημι. *Conjuncte erigo.* Thucyd. IV. 107. παρὼν δὲ καὶ Περδίκκας εὐθὺς μετὰ τὴν ἅλωσιν ξυγκαθίστη ταῦτα. ubi recte Schol. συνεβεβαίου.

316. Ποικίλος. *Vafer.* proprie *varius.* συνετός Hesych. Ex-

empla quædam, quoniam in lexicis non scatent, proferam. Eurip. Med. 302. Τῶν δ' αὖ δοκούντων εἰδέναι τι ποικίλον. Androm. 921. ποικίλων λαλημάτων. Sophocl. Œd. Col. 762. μηχάνημα ποικίλον. Philoct. 130. ποικίλως αὐδωμένου. Aristoph. Eq. 758. ποικίλος γὰρ ἀνήρ. sic lege pro ἀνήρ. non, me saltem judice ἁνήρ. Proverbium ap. Suid. et Diogenian. II. 69. Ποικιλώτερος ὕδρας· ἐπὶ τῶν δολερῶν. Sic apud Latinos *varius*. Sallust. B. C. I. 1. *animus audax subdolus, varius.*

317. Μεθάρμοσαι τρόπους νέους. *Moribus quos habes exutis, novos tibi apta.* Duo sunt in hoc verbo μεθάρμοσαι notanda; vis præpositionis μετά, et mediæ vocis. μετά in compositis innuit *mutationem* aut *conversionem;* ut μεταμανθάνουσιν ὕμνον *veterem cantilenam dediscunt, novamque discunt.* Sophocl. Electr. 31. Εἰ μή τι καιροῦ τυγχάνω, μεθάρμοσον. In Eurip. Orest. 999. legerim μεθαρμόσασα. Meleager Anal. I. p. 37. ἐν δ' ὑμέναιος Σιγαθεὶς γοερὸν φθέγμα μεθηρμόσατο. quod ex Erinna desumtum ibid. p. 59.

319. Θήγω. *Acuo.* Sophocl. Ajac. 584. Οὐ γάρ μ' ἀρέσκει γλῶσσα σοῦ τεθηγμένη.

320. Ῥίπτω. *Jacio.* infra 968. τοιάδ' ἐκρίπτων ἔπη. Eurip. Troas. 729. ῥίπτειν ἀράς. Alcest. 694. νεανίας λόγους Ῥίπτεις ἐς ἡμᾶς. Hecub. 334. οἱ 'μοὶ μὲν λόγοι πρὸς αἰθέρα Φροῦδοι, μάτην ῥιφθέντες ἀμφὶ σοῦ φόνου. Hippol. 216. Μανίας ἔποχον ῥίπτουσα λόγον. 231. Τί τόδ' αὖ παράφρων ἔρριψας ἔπος; Cf. Suid. v. ἀπέρριψεν. Herodot. I. 153. IV. 69. αἰδρηΐῃ τῶν τοιούτων κεῖνος τοῦτο ἀπέρριψε τὸ ἔπος. VII. 13. ὥστε ἀεικέστερα ἀπορρίψαι ἔπεα ἐς ἄνδρα πρεσβύτερον ἢ χρεών. Propert. II. ix. 16. *In nostrum jacies verba, superbe, caput.* Virgil. Ecl. V. 62. *Ipsi lætitia voces ad sidera jactant Intonsi montes.* Plura ex Latinis congessit Wassius ad Sallust. Jug. p. 253.

321. Θακέω. *Sedeo.* vid. supra Θᾶκος. v. 288.

322. Παιδία. *Ludus.* Aristides in Alex. Epitaph. ait παιδίαν εἶναι δοκεῖν τὰ ἐν τοῖς γράμμασι, πρὸς τὰς ὁμιλίας αὐτὰς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν. Terent. Eun. II. ii. 9. *Ludum jocumque dices fuisse illum*

alterum præut hujus rabies quæ dabit. Liv. XXVIII. 42. *næ tibi, P. Corneli, quum ex alto Africam conspexeris, ludus et jocus fuisse Hispaniæ tuæ videbuntur.* Valer. Max. V. 1. *ista—præ iis, quæ de te locuturi eramus, lusus ac jocus fuissent.* Sic λῆρος εἶναι πρός τι. Vid. Wyttenbach. ad. Platon. Phæd. p. 179.

325. Ἀρχαῖος. *Exoletus. Antiquatus.* Attico sensu. Anglice *Old-fashioned.* Ἀρχαῖα. μῶρα, διότι οἱ ἀρχαῖοι τοιοῦτοι ἦσαν, ait Scholiasta, duriuscule de proavis locutus. Aristoph. Plut. 323. Χαίρειν μὲν ὑμᾶς ἐστιν, ὦ 'νδρες δημόται, Ἀρχαῖον ἤδη προσαγορεύειν καὶ σαπρόν. cf. Nub. 910. 980. Antiphanes ap. Athen. I. p. 12. C. de Homero Οὕτω σφόδρ' ἦν ἀρχαῖος.

326. Ὑψήγορος. *Altiloquus.* quod Homerus ὑψαγόρας dicit.

327. Ἐπίχειρα. *Merces.* Τἀπίχειρα, τὸν μισθὸν, τὰς ἀμοιβάς. Suid. οἱονεὶ οἱ τῶν χειρὶ πονούντων μισθοί. Etymol. M. Conf. Hesych. et Schol. ad Aristoph. Vesp. 577. et omnino Hemsterhus. ed Lucian. I. p. 106. ξιφέων ἐπίχειρα Sophocl. Antig. 819. Tragicus incertus (Sophocles, credo) apud Clem. Alex. Strom. IV. p. 586. ὅθ' οὕνεκ' ἀρετὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις μόνη Οὐκ ἐκ θυραίων τἀπίχειρα λαμβάνει, Αὐτὴ δ' ἑαυτὴν ἆθλα τῶν πόνων ἔχει. quem imitatus est Claudianus de Mall. Theod. Cons. 1. *Ipsa quidem virtus pretium sibi.* Sed et ante eum Ovidius de Pont. II. v. *Non facile invenias multis e millibus unum, Virtutem pretium qui putet esse sui:* scilicet, quod ait Juvenalis, *quis enim virtutem amplectitur ipsam,* Præmia si tollas?

331. Κῶλον. *Pes.* proprie vero *Membrum:* Zenobius V. 70. Πρὸς κέντρα λακτίζειν, παροιμία, ἧς μέμνηται Εὐριπίδης, Πρὸς κέντρα λακτίζοιμι θνητὸς ὢν θεῷ. (Bacch. 794.) καὶ Αἰσχύλος δὲ ταύτης μέμνηται. (Agam. 1635.) Cf. Pindar. Pyth. II. 173. Act. Apost. IX. 5.

332. Ὑπεύθυνος. *Rationi reddendæ obnoxius.* Optime exprimitur ab Anglica voce *accountable.* εὔθυναι dicebantur rationes, quas magistratus apud Athenienses, quum munus deponerent, reddere cogebantur. Pers. 213. Xerxes dicitur οὐχ ὑπεύθυνος πόλει. sicut Pelasgus πρύτανις ἄκριτος Suppl. 367. Choeph. 713. Αἰνῶ δὲ πράσσειν ὡς ὑπευθύνῳ τάδε.

335. *Λαβροστομέω. *Intemperanter loquor*, a λαβρὸν, quæ vox proprie de aqua torrente dicitur. Hesych. Λαβροστομία, ἡ διάχρηστος λαλία. ubi Toupius post H. Steph. legit ἄχρηστος. Dicebant quoque λαβραγορεῖν et λαβρεύεσθαι.

336. *Περισσόφρων. *Sapiens plusquam satis est.* Quod Euripides vocat ἄγαν σοφός. A πέρισσος et φρήν.

337. Προστρίβω. *Infligo, Attero.* Προστρίβεται· προσπήσσεται. Hesych. quem Toupius hunc locum spectare credit; sed lege προσπλήσσεται. Aristoph. Eq. 5. Πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖν οἰκέταις.

338. Ζηλῶ σε. *Invidendum te puto.* μακαρίζω σε. Hesych. Locutionis forma, quæ cum admiratione quadam gratulatur. Pers. 718. νῦν τέ σε ζηλῶ θανόντα, πρὶν κακῶν ἰδεῖν βάθος. Eurip. Med. 59. Ζηλῶ σ'· ἐν ἀρχῇ πῆμα, κοὐδέπω μεσοῖ. Sæpe usurpatur in hoc sensu μακαρίζω, rarius ὀλβίζω, notante Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 415. Thom. M. Ζηλῶ δὲ τὸ μακαρίζω, ἀπὸ αἰτιατικῆς εἰς γενικὴν συντασσόμενον· ὡς τὸ Ζηλῶ σε τοῦ νοῦ, παρὰ Σοφοκλεῖ. (Electr. 1027.) Eadem fere Ammonius p. 65. Vocem ζήλου in Soph. Ajac. 503. Scholiasta explicat per μακαρισμοῦ. Thucyd. V. 105. μακαρίσαντες ὑμῶν τὸ ἀπειρόκακον, οὐ ζηλῶμεν τὸ ἄφρον. Archytas apud Galei Fragm. Pythagoreorum p. 15. γίνεται δὲ ὁ μὲν ἔπαινος ἐπ' ἀρετᾷ, ὁ δὲ μακαρισμὸς ἐπ' εὐτυχίᾳ. Vid. Valckenaerii nott. in Thom. Magist. p. 162.

339. Recte Stanleius vertit *Quum omnium particeps fueris, omniaque ausus sis mecum.*

340. Ἔασον. Vel subaudiendum est ἐμέ, ut apud Homer. Il. Φ. 221. Ἀλλ' ἄγε δὴ, καὶ ἔασον· ἄγη μ' ἔχει, ὄρχαμε λαῶν. Il. Δ. 42. Μήτε διατρίβειν τὸν ἐμὸν χόλον, ἀλλά μ' ἔασον. vel τόδε, sc. τὸ προσελθεῖν τῷ Διΐ, uti explicant Scholiastæ: vel etiam αὐτὸν, sc. Δία. Sed secundam interpretandi rationem præfero. Sophocl. Œd. Col. 593. Ὅταν μάθῃς μου, νουθέτει· τανῦν δ' ἔα. sc. τὸ νουθετεῖν.

342. Παπταίνω. *Circumspicio.* Παπταίνειν· περιβλέπειν πανταχῇ.

Hesych. Παπταίνων, ὁ πανταχόσε περιβλεπόμενος, πανταχόσε τοὺς ὀφθαλμοὺς ῥίπτων, ὡς μὴ λάθοι αὐτόν. Schol. Venet. ad Il. Δ. 200. Vox est Homerica. Paullo aliter Sophocl. Antig. 1230. Τὸν δ' ἀγρίοις ὄσσοισι παπτήνας ὁ παῖς.

Ibid. Μή τι πημανθῇς ὁδῷ. *Ne quid detrimenti ex hoc itinere susceperis.* i. e. *ne hoc itinere Jovem offenderis.* Cf. v. 1070.

343. Φρενόω. *Instruo.* Φρενοῦν· διδάσκειν, νουθετεῖν. Hesych. εἰς φρόνησιν ἄγειν. Schol. ad Sophocl. Trachin. 52. Noster. Agam. 1185. φρενώσω δ' οὐκέτ' ἐξ αἰνιγμάτων. Choeph. 114. Εὖ τοῦτο, κἀφρένωσας οὐχ ἥκιστά με. Cf. Eurip. Ion. 526. Xenoph. Mem. II. vi. 1.

345. Ἀντισπάω. *In diversum traho.* Aristoph. Pac. 492. οὐ δεινὸν Τοὺς μὲν τείνειν, τοὺς δ' ἀντισπᾶν.

348. Τὰ μέν. *Ob hanc causam,* vel *ex hac parte.* Plerumque opponitur τὰ δέ, ut τοῦτο μὲν, τοῦτο δέ Herodot. I. 30. Eurip. Androm. 211. ταῦτά τοι σ' ἔχθει πόσις. Nescio tamen annon τὰ μὲν σ' ἐπαινῶ in hoc loco sit τὰ μὲν σὰ ἐπαινῶ. Eliditur σά ante longas vocales Sophocl. Œd. T. 405. Philoct. 339. ante brevem vero Electr. 1499. Eurip. Hel. 586.

352. Σαυτὸν ἐκποδὼν ἔχων. *Teipsum semotum tenens.* Ita cum Schol. et Stanleio intelligo. Choeph. 18. Πυλάδη, σταθῶμεν ἐκποδών. Cf. Sophocl. Ajac. 1000. Antig. 1327. 1341. Eurip. Hec. 52. Phœniss. 40. Alcest. 649. Suppl. 1113. Schol. ad Aristoph. Thesmoph. 36. Plura videas ap. Valckenaer. nott. in Thom. Magist. p. 158.

357. Κίων. *Columna.* Homer. Od. A. 53. de Atlante, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς Μακρὰς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι. Herodot. IV. 184. ἔχεται δὲ τοῦ ἁλὸς τούτου οὖρος, τῷ οὔνομά ἐστι Ἄτλας· . . . . τοῦτο κίονα τοῦ οὐρανοῦ λέγουσι οἱ ἐπιχώριοι εἶναι. Schol. Apollon. Rhod. III. 106. Ἴβυκος δὲ ἐπὶ τῶν τὸν οὐρανὸν βασταζόντων κιόνων ῥαδινοὺς ἀντὶ τοῦ εὐμεγέθεις λέγει. Pindar. Pyth. I. 36. κίων δ' οὐρανία συνέχει, νιφόεσσ' Αἴτνα.

358. Ἐρείδω. *Fulcio.* Frequentius a Tragicis in sensu *defigendi* usurpatur.

Ibid. Εὐάγκαλος. *Ulnis facile gestandum.* Εὐάγκαλον· εὐβάστακτον. Photius Lex. MS. et Hesychius, hunc locum respicientes. Aelianus ap. Suid. in v. *ὁ δὲ Αἰνείας πατέρα ἐπιθέμενος τοῖς ὤμοις, ἐξῆγε φόρτον, ὡς υἱεῖ φιλοπάτορι καὶ τοῦτον εὐάγκαλον.*

359. Γηγενής. *Terrigena.* Apollodor. I. 6. 3. secutus Auctorem Theógon. 820. narrat Terram, post debellatos a superis Gigantas, a Tartaro Typhona concepisse: atque ita Schol. in Platon. ed. Ruhnken. p. 55. Auctor vero Hymn. Homerid. in Apoll. 306. Junonem eum perperisse tradit, quicum facit Stesichorus apud Etymol. M. p. 772, 50. Scholiasta vero Villoisoni ad Iliad. B. 783. eum ex ovo genitum fuisse ait, quo Junonem donaverat Saturnus. Cetera de Typhone historia hæc est. Quum cœlum invasit, dii præ metu in Ægyptum confugerunt, relictis tantum Jove et Minerva; ibi vero, ut monstrum eluderent, formas alii aliter mutarunt, ut ex Nicandro tradit Antonin. Liberal. 28. Ovid. Met. V. 290. Jupiter autem Typhona fulgure percussit, diuque insecutus, monte tandem Ætnæo obruit. Sed *στασιάζεται ἡ περὶ Τυφῶνος ἱστορία,* inquit Schol. in Pindar. Pyth. I. 31. Homerus Iliad. B. 781. *Γαῖα δ' ὑπεστονάχιζε, Διῒ ὡς τερπικεραύνῳ Χωομένῳ ὅτε τ' ἀμφὶ Τυφωεῖ γαῖαν ἱμάσσῃ Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.* ubi in Schol. Venet. pro *Τυφὼν δὲ εἷς τῶν γιγάντων, Γῆς ὢν κύριος καὶ Ταρτάρου,* legendum est, *Γῆς ὢν υἱὸς καὶ Ταρτάρου.* Æschylus, Pindarum secutus, Ætnam Typhoni impositam narrat, Callimachus Encelado, Horatius Gigantibus III. 4. Pherecydes ap. Schol. in Apollon. II. 1215. Typhona sub insula Pithecusa jacere tradit; alii in Ægypto, ut Herodot. III. 5. Apollonius in loco citato: cf. Schol. in Pindar. Ol. IV. 11. Nicander Æschylum sequitur.

Ibid. Κιλικίων ἄντρων. Pindar. Pyth. I. 31. *Τυφὼς ἑκατόγκρανος, τόν ποτε Κιλίκιον θρέψε πολυώνυμον ἄντρον.* quæ Scholiasta noster Hesiodo tribuit.

360. Δάϊον τέρας. *Miserabile* vel *hostile prodigium.* *Δάϊον*

τέρας· τὸ πολεμικόν. Lex. MS. ap. Bibl. Coislin. p. 236. πολεμικὸν σημεῖον Hesych. Sed respicit uterque Eurip. Phœniss. 1027. Δάϊον κοινῶς τὸ πολέμιον, Ἀττικῶς δὲ τὸ δύστηνον. καὶ Αἰσχύλος ἀντὶ τοῦ ἀθλία κέχρηται τῇ λέξει. Schol. ad Sophocl. Ajac. 795. Atticum usum notavit Musgravius ad Eurip. Herc. F. 1025. In hoc loco pro ἄθλιον positum videtur.

362. Τυφών, Τυφώς, Τυφάων, Τυφωεύς, et Τυφωνεύς, de eodem dicebant veteres. Attici Τυφὼς plerumque adhibebant, ceteri Τυφών, teste Mœride. Hesychius Τυφῶ, ἀντὶ τοῦ Τυφῶνος. Σοφοκλῆς.

Ibid. Θοῦρος. *Acer.* Θοῦρον· πηδητικὸν, ὁρμητικὸν, πολεμικόν. Hesych. Pers. 137. τὸν αἰχμάεντα θοῦρον εὐνατῆρα. Eurip. Suppl. 579. θοῦρος Ἄρης. Notatu dignum est Martem, vel similem Martis deum apud Getas *Thor* vel *Thur* audiisse, de quo vide omnino Thomam Gale Opusc. Mythol. p. 56. not.

363. Σμερδνός. *Terribilis.* καταπληκτικός. Schol. Venet. ad Il. E. 742. cujus absurdam etymologiam exscribunt auctor Etymol. M. Scholiasta noster A. et Schol. Oppian. Hal. I. 447.

Ibid. Γαμφηλή. *Maxilla.* Γαμφηλῆσι· σιαγόσι. Hesych. a γάμπτω, vetere forma verbi κάμπτω. Apollon. Lex. Homer.

Ibid. Συρίζω. *Exsibilo. Exspiro.* a σύριγξ *fistula.* Sophocl. Ajac. 1412. ἔτι γὰρ θερμαὶ Σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν Μένος. Erotian. Lex. Hippocrat. Ἀπεσυριγγώθη· ἀπεφυσήθη καθάπερ αἱ πνευματικαὶ σύριγγες.

Ibid. Φόνος. *Cædes. Cruor.* Posteriorem sensum in hoc loco malim: vid. locum ex Hymn. Homer. in notis citatum. Eumen. 184. θρόμβους φόνου. Theb. 44. ταυρείου φόνου. Apollon. II. 1215. Ἔνθα Τυφάονα φασὶ Διὸς Κρονίδαο κεραυνῷ Βλημένον, ὁππότε οἱ στιβαρὰς ἐπορέξατο χεῖρας, Θερμὸν ἀπὸ κρατὸς στάξαι φόνον.

364. Γοργωπός. *Aspectu torvus.* De oculis Eurip. Herc. F. 868. 1266. Dicitur et γοργώψ. vid. Porson. ad Med. 1363. Γοργ-

γῶπις feminin. occurrit Sophocl. Ajac. 450. Cf. Arnald. Animadv. p. 25.

366. Ἄγρυπνος. *Insomnis*. Lexicographi ducunt ab ἄϋπνος. κατὰ πλεονασμὸν τοῦ γρ. absurde. Vox formata videtur ab ἄγρω vel ἔγρω *excito*.

367. Καταιβάτης. *Descensor*. τῶν κεραυνῶν οἱ μὲν καταιβάται, οἱ δὲ ψολόεντες, οἱ δὲ ἀργῆτες καλοῦνται, ὡς Ὅμηρος ὠνόμασεν. Schol. ad Aristoph. Equit. 693. a Stanleio citatus. Bidentalia, sive loca fulgure contacta, Græci ἐνηλύσια vocabant, atque Διὶ καταιβάτῃ consecrabant. Schol. ad Aristoph. Pac. 42. Hesych. et Etymol. M. v. Ἐνηλύσια. Διὸς Καταιβάτου aram memorant Pausanias Eliac. I. 14. Apollodorus ap. Schol. Sophocl. Œd. Col. 702. cf. Lycophron 1370. Alberti ad Hesych. in v.

368. Ἐκπλήττω. vid. supra ad v. 136.

Ibid. Ὑψήγορος. supra v. 326.

369. Κόμπασμα. *Jactatio*. Euripides Aristophanis Ran. 971. Æschyli dictionem vocat Οἰδοῦσαν ὑπὸ κομπασμάτων καὶ ῥημάτων ἐπαχθῶν. Occurrit Theb. 551.

370. Φεψαλόω. *In cineres redigo*. a φέψαλος *scintilla*, vel *carbo*, σπινθὴρ, ἄνθραξ. Hesych.

Ibid. *Ἐκβροντάω. *Attonitum facio. Tonitru conficio.*

371. Ἀχρεῖος. *Debilis*. Χρῶ ἔστι ῥῆμα δηλοῦν τὸ ἅπτομαι καὶ πλησιάζω· οὗ παράγωγον χραύω· ἀφ' οὗ ἔχραε τὸ ἐβάρυνε, καὶ μετὰ τοῦ ā τοῦ στερητικοῦ Ἀχρὴς, καὶ Ἀχρεῖον, τὸ ἀσθενὲς, καί βάρους μὴ μέτεχον. Schol. Venet. ad Il. B. 269. quem ex Etymol. M. p. 182. correxi. Eurip. Heracl. 57. οὐ γάρ τις ἐστὶν ὃς πάροιθ' αἱρήσεται Τὴν σὴν ἀχρείαν δύναμιν ἀντ' Εὐρυσθέως.

Ibid. Παρήορος. *Effuse protensus*. Παρήορος· παρῃωρημένος τῷ σώματι, τουτέστιν ἐκλελυμένος. Schol. Venet. ad Il. H. 156.

Metaphora ab equis σειραφόροις ducta. Dionys. Halicarn. A. R. VII. p. 462. quem citant Toupius ad Theocrit. II. p. 328. Valcken. in Adoniaz. p. 243. δυσὶν ἵπποις ἐζευγμένοις, ὃν τρόπον ζεύγνυται συνωρὶς, τρίτος παρείπετο Σειραῖος ἵππος ῥυτῆρσι συνεχόμενος, ὃν ἀπὸ τοῦ παρηωρῆσθαι καὶ συνεζεῦχθαι Παρήορον ἐκάλουν οἱ παλαιοί. Sequitur Eustath. ad Il. Θ. p. 695, 54. Il. I. p. 754, 26. In Theocriti Adoniaz. v. 8. et Archilochi fragm. Stob. p. 561=437. πάραγος et παρήορος significant *fatuus*. Sed in hoc loco et in Homeri versu mihi arridet Scholiastæ Veneti explicatio. παρά in compositis sæpissime debilitatis vel inutilitatis sensum implicat, ut in παράτονος Eurip. Alcest. 400.

372. Στενωπός. *Angiportus*. *Fretum*. στενορύμη διόδων. Photius Lex. MS. et Suidas.

373. Ἰπόω. *Premo*. Ἰπούμενος. πιεζόμενος, ἀναγκαζόμενος. Photius Lex. MS. ἰπούμενος apud Hesychium correxerunt Viri docti ab Aristoph. Equit. 920. ἰπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς. Pindar. Pyth I. 35. de Typhone, Σικελία δ' αὐτοῦ πιέζει στέρνα λαχνάεντα. Ol. IV. 10. Ἀλλ' ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν ἔχεις ἶπον ἠνεμόεσσαν ἑκατογκεφάλα Τυφῶνος ὀβρίμου. Compositum ἀπιπόω habet Herodotus II. 94. ubi vid. Wesseling.

374. Μυδροκτυπέω. *Massam ardentem cudo*. a μύδρος, *massa quævis ignita*, et κτυπέω. Μύδρος *ferrum candens* est ap. Callim. H. Dian. 49. Herodot. I. 165. Sophocl. Antig. 265. Pro λίθος sæpe ponitur; vid. Porson. ad Orest. 971. Zeunius ad Xenoph. Mem. IV. vii. 7. μυδροκτύπος occurrit Eurip. Herc. F. 992.

376. Δάπτω. *Voro*. Eurip. Med. 1185. Πέπλοι δὲ λεπτοὶ, σῶν τέκνων δωρήματα, Λευκὴν ἔδαπτον σάρκα τῆς δυσδαίμονος. Eumen. 1039. πυριδάπτῳ λαμπάδι. Apoll. Rhod. IV. 66. φλὸξ δ' ἀθρόα φάρμακ' ἔδαπτεν. Virgil. Georg. III. 566. *contactos artus sacer ignis edebat*. Sic etiam *ignis edax*, et *avidus Vulcanus*. Choeph. 322. φρόνημα τοῦ θανόντος οὐ δαμάζει Πυρὸς μαλερὰ γνάθος. Insignis est Phrynichi locus e fabula Πλευρωνίαις desumtus apud Tzetz. in Lycophr. 433. Κρατὸς ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπεστρώφα ποδὶ Ὕαντος, ὃς

γῆν ναῖεν ἀρχαῖος λεὼς, Παιδίας πάντα και παράκτιον πλάκα Ὠκεῖα μάργοις φλὸξ ἐδαίνυτο γνάθοις. ubi manifesto legendum est ὅς γ' ἔναιεν, et Πεδία δὲ πάντα. Pro κρατός, suspicor Κάδμος restituendum esse; Cadmus enim Hyantas e sedibus expulit. Mireris autem forte fortuna evenisse, quod in fragmento ejusdem fabulæ apud Pausaniam Phocic. p. 348. ed. Sylburg. eadem metaphora servata sit. Locus Pausaniæ ita se habet; τὸν δὲ ἐπὶ τῷ δαλῷ λόγον, ὡς δοθείη μὲν ὑπὸ Μοιρῶν τῇ Ἀλθαίᾳ, Μελεάγρῳ δὲ οὐ πρότερον ἔδει (l. δέοι) τὴν τελευτὴν συμβῆναι, πρὶν ἢ ὑπὸ πυρὸς ἀφανισθῆναι τὸν δαλὸν, καὶ ὡς ὑπὸ τοῦ θυμοῦ καταπρήσειεν αὐτὸν ἡ Ἄλθαια, τοῦτον τὸν λόγον Φρύνιχος ὁ Πολυφράδμονος πρῶτος ἐν δράματι ἔδειξε Πλευρωνίαις. Κρύερον γὰρ οὐκ ἤλυξεν μόρον· ὠκεῖα δέ νιν=Φλὸξ κατεδαίσατο δαλοῦ=Πραθομένου ματρὸς ὑπ' αἰνᾶς κακομαχάνοιο. Phrynichi versus dedi, prout legendi et distinguendi mihi videntur. Πλευρωνίαις pro vulgato Πλευρῶνι· ἐς, correxit Facius; quod præterviderunt magni viri Scaliger ad Manil. p. 364. et J. F. Gronov. Obs. II. 11. p. 293. Optime Sylburgius πρηθομένου et αἰνᾶς pro περθομένου et αἰᾶς. Eadem opera apud Suidam in v. Φρύνιχος, pro Πλευρώνια, reponamus Πλευρώνιαι. De historia cf. Choeph. 601. Ceterum monendum est voces ἀγρίαις γνάθοις occurrere Choeph. 278.

377. **Καλλίκαρπος.** *Pulchros fructus gignens.* Exempla poetica in Lexicis desunt. Eurip. Herc. F. 454. Pelasgiam καλλίκαρπον vocat. Bacch. 108. Σμίλακι καλλικάρπῳ.

Ibid. **Λευρός.** *Levis. Planus.* infra 402. Homer. Od. H. 123. Eurip. Hec. 693. Bacch. 980. Phœniss. 850.

Ibid. **Γύης.** *Sulcus. Ager.* Sophocl. Antig. 569. Œd. Col. 58. Meleagro ap. Lucian. Lapith. p. 437. Eurip. Hecub. 453. Porson. Ed. 3. Heracl. 839. ubi vid. Elmsleium. vid. Toup. in Suid. I. p. 190.

378. ***Ἐξαναζέω.** *Ebullio.* a ζέω *bullio.* Apollon. IV. 392. Ὣς φάτ' ἀνιάζουσα βαρὺν χόλον. Ruhnken. Epist. Crit. p. 224. emendat ἀναζείουσα, conferens, præter nostri locum, Eurip. Hecub.

1046. Θυμῷ ζέοντι Θρῃκὶ δυσμαχωτάτῳ. ubi Ruhnkenius θυμόν. Paullo aliter Theb. 709. Ἐξέζεσεν γὰρ Οἰδίπου κατεύγματα. i. e. *evenerunt*. quod Persius II. 10. *ebullire* dicit. Eurip. Hecub. 581. Δεινόν τι πῆμα Πριαμίδαις ἐπέζεσε. Herodot. VII. 13. παραυτίκα μὲν ἡ νεότης ἐπέζεσε. Diotogenes Pythagoreus ap. Stob. XLVI. p. 296. ed. Trincav. περὶ τὸ θυμοειδές· τοῦτο γὰρ τὸ ΖΕΟΝ καὶ δυναμικὸν μέρος τᾶς ψυχᾶς.

379. Ἄπληστος. *Inexplebilis*. ἄπληστον δὲ (λέγει), διότι τὸ πῦρ ὕλης δραξάμενον, οὐ κορέννυται Schol. A. Pene suspicor legendum esse ἀπλάτου, (Schutzii ἀπλήτου Ionicum est) e Pindaro Pyth. I. 40. Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς ἁγνόταται ἐκ μυχῶν παγαί. Sophocl. Trach. 1109. λέοντ', ἄπλατον θρέμμα, κἀπροσήγορον. Homines ætatis ærei dicuntur ἄπλατοι apud Hesiod. Op. Di. 147. Moeris p. 24. Ἄπλατον, Ἀττικῶς. ἄπλετον, Ἑλληνικῶς. ubi vid. Pierson. ἄπλητον χόλον pro ἄπληστον Homer. H. Cer. 8. Agam. 102. Ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ' ἄπληστον.

Ibid. Ζάλη. *Procella*. συστροφὴ ἀνέμων μεγάλων. Hesych. ἡ ταραχὴ τῆς θαλάσσης, καὶ ἡ χάλαζα. ' Lex. MS. ap. Bibl. Coislin. p. 233. Agam. 658. ζάλῃ ὀμβροκτύπῳ. Sophocl. Ajac. 351. φοινίαν ὑπὸ ζάλης. Vox sæpius apud recentiores occurrit.

380. Ἀνθρακόω. *In cineres repigo*. ab ἄνθραξ *carbo*. Eurip. Cycl. 609. δαλὸς ἠνθρακωμένος Κρύπτεται εἰς σποδίον. ibid. 659. κατηνθρακώμεθ' ὀφθαλμοῦ σέλας. Noster in Orithyia apud Longin. 3. Στέγην πυρώσω καὶ κατανθρακώσομαι. Sophocl. Electr. 557. Φλογιστὸν ἤδη καὶ κατηνθρακωμένον.

383. Ἀντλέω. *Exantlo*. *Haurio*. Eurip. Hipp. 902. λυπρὸν ἀντλήσει βίον, ubi vid. Monk. Plura dabit Gatakerus ad M. Anton. p. 181.

384. Λωφάω. *Quiesco*. vid. supra v. 27.

386. Ὀργή. Plerumque *ira*. interdum pro ψυχή vel τρόπος ponitur, uti in hoc loco intellexit Plutarchus. Hesych. Ὀργή· τρόπος. Sophocl. Ajac. 639. Οὐκ ἔτι συντρόφοις ὀργαῖς ἔμπεδος. 1141.

ἐμφερὴς ἐμοὶ, Ὀργὴν θ' ὅμοιος. Antig. 355. ἀστυνόμους ὀργὰς ἐδιδάξατο. Pindar. Pyth. I. 173. ἐνανθεῖ δ' ἐν ὀργᾷ παρμένων. Theognis ap. Athen. XII. p. 513. D. πουλύπου ὀργὴν ἴσχε πολυπλόκου. Herodot. VI. 128. διεπειρᾶτο αὐτέων τῆς τε ἀνδραγαθίης καὶ τῆς ὀργῆς. Hippocrat. de Aer. et Aq. 24. λαμπρόφωνοί τε οἱ ἄνθρωποι, ὀργήν τε καὶ ξύνεσιν βελτίους εἰσὶ τῶν πρὸς τὸν βορέην. ubi vid. Coray. et cf. Wass. ad Thucyd. I. 140. Hering. Obs. p. 49.

388. **Σφριγάω.** *Tumeo.* σφριγᾶν vel σπαργᾶν proprie dicuntur ubera lacte distenta. Hesych. Σφριγᾷ· πλήρης τυγχάνει—μάλιστα δὲ ἐπὶ θηλείας. Verbum doctissime illustrat Ruhnkenius ad Timæum p. 244. Eurip. Suppl. 478. μὴ—Σφριγῶντ' ἀμείψῃ μῦθον.

Ibid. **Ἰσχναίνω.** vid. supra 277.

391. ***Κουφόνουν εὐηθίαν.** *Stultitiam levis animi.* εὐηθὴς modo de *bonis moribus*, modo de *fatuis* dicitur; εὐηθία semper, ni fallor, *stultitia* est, ut in Eurip. Hippol. 639. Eodem modo Latini *simplex* duplici sensu usurpabant. Cf. quæ dixi ad v. 17. de voce εὐωριάζω. Gataker. de Stylo N. T. 3. Duker. ad Thucyd. III. 83. Pierson. ad Mœrin p. 143. Alberti in Hesych. v. εὐηθής. Ruhnken. ad Timæum p. 132.

394. **Ἀπλάκημα.** vid. supra 112.

396. **Θρῆνος οὑμός.** *Dolor ob me susceptus.* ut τὴν ἐμὴν αἰδῶ Pers. 698. σῇ ποθῇ ap. Homer. Il. T. 321. τοὐμοῦ πόθου, Sophocl. Œd. T. 969. τῷ 'μῷ πόθῳ. Œd. C. 332. σῇ προμηθίᾳ. ibid. 419. σοῖς πόθοις. 1412. τῆς ἐμῆς ὑπουργίας Aristot. Hymn. ad Virtut. apud Stob. p. 7. προνοίᾳ τῇ σῇ, Eurip. Androm. 660. δυσμενείᾳ σῇ Hippol. 962. θρῆνος proprie est *lamentatio, cantus funebris.* Si quis exempla similis constructionis apud Latinos quærat, adeat Sanctii Minerv. II. xiii. 188.

397. **Θακέω.** vid. supra 288.

401. **Θωΰσσω.** supra 73.

402. Λευρός supra 377. Οἶμος supra 2.

Ibid. Ψαίρω. *Rado.* Schol. Oppian. Hal. II. 115. τὸ ψαίρειν κυρίως ἐπὶ τοῦ ἱστίου, ὅτε μὴ εὐπλοεῖ εὐφόρῳ ἀνέμῳ. Virgil. *Radit iter liquidum.* sensu paullum diverso a ψάω, vel ψήμι, et ψαύω, etsi eandem omnibus potestatem tribuit Valcken. ad Phœniss. 1309. cujus notam omnino adeas. Anglice verterim ψάω *scrape,* ψαύω *touch,* ψαίρω *graze* vel *raze.* Compositum διαψαίρω occurrit Aristoph. Av. 1717. et in Hermippi Comici fragm. ap. Suid. v. ἀνθέων. Λεπτοὺς διαψαίρουσα πέπλους ἀνθέων Γέμοντας.

404. Σταθμός. *Stabulum.* Σταθμοί· ἐπαύλεις, ὅπου ἵστανται ἵπποι καὶ βόες. Hesych. Sophocl. El. 1331. ubi vid. Schol.

Ibid. Κάμψειεν γόνυ. vid. supra 32. et adjice Sophocl. Œd. Col. 19. Οὗ κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου.

406. *Δακρυσίστακτος. *Lacrymas stillans.*

408. Ἀπ' ὄσσων ῥαδινῶν. *Ab oculis teneris.* Ῥαδινός et ῥαδαλός vel ῥαδανός primario sensu *mobilitatem* significant. Apollon. Lex. Homer. Ῥαδινόν· λεπτόν· οἱονεὶ ῥαδανὸν, παρὰ τὸ ῥᾳδίως δονεῖσθαι. Schol. in Apollon. Rh. III. 106. Ῥαδινῆς· τρυφερῆς· Ἀνακρέων δὲ ἐπὶ τάχους ἔταξε τὸ ῥαδινόν· Ῥαδινοὺς πώλους. Ἴβυκος δὲ, ἐπὶ τῶν τὸν οὐρανὸν βασταζόντων κιόνων, ῥαδινοὺς ἀντὶ τοῦ εὐμεγεθεῖς λέγει. Στησίχορος δὲ ἐπὶ τοῦ εὐτόνου, Ῥαδινοὺς δ' ἐπέπεμπον ἄκοντας. Pro *mollis* usurpat Anyta Epigr. 21. p. 112. Wolf. Epigr. ap. Suid. in voce. Sappho Æolice βραδινὰν Ἀφροδίταν dixit. Alciphr. Ep. VI. p. 24. Σὺ δὲ ῥᾴδιος ὢν τὼ ὀφθαλμώ. Arnald. in Misc. Obs. IV. p. 44. conjicit ῥαδινός; male.

409. Ἀμέγαρτα pro Ἀμεγάρτως. *Immisericorditer.* sensu rariore; plerumque enim significat ἀμέγαρτος *non invidendus.* Hesych. Ἀμέγαρτον· ἀφθόνητον, ἀζήλωτον. ἢ πολὺν, ἢ μέγαν· ὡς τὸ Ἀμέγαρτε συβῶτα (Od. P. 219.) Eurip. Hec. 195. ἀμέγαρτα κακῶν. Noster Suppl. 637. Ποίμναν τάνδ' ἀμέγαρτον. Aristoph. Thesm. 1049. πάθος ἀμέγαρτον. Pro *immisericors* Homer. Od. A. 406. ὄρσας ἀργαλέων ἀνέμων ἀμέγαρτον ἀϋτμήν. Agathias Anthol. VII. p. 270. B. τεὴν δ', ἀμέγαρτε, παρειὴν Ἀθρήσω θαμινοῖς δάκρυσι τεγγομένην.

413. Αἰχμή. *Vis.* proprie *hasta*, quam reges antiquos pro sceptro gestasse monet Butlerus.

415. Λέλακε. *Sonuit.* a λήκω verbo inusitato. Eurip. Hecub. 672. 1092.

417. Ξυνομαίμων. *Consanguineus.* idem quod ὁμαίμων. Sic ὁμῆλιξ et συνομῆλιξ, ὅμορος et συνόμορος dicebant.

420. Ἔποικον Ἀσίας ἕδος. *Asiæ sedem vicinam*, vel *sedem in Asia fixam.* ἔποικος proprie opponitur voci ἄποικος.

Ibid. *Μεγαλόστονος. *Magno gemitu dignus.*

421. Συγκάμνω. *Simul doleo.* ut in Eurip. Alcest. 617. κακοῖσι σοῖσι συγκάμνων. proprie *simul laboro*, ut in Sophocl. Ajac. 988. Electr. 917. συμπόνει πατρὶ, Ξύγκαμν' ἀδελφῷ. Eurip. Herc. F. 1386.

423. Ἔνοικος. *Incola.* Ἔποικος vel Μέτοικος *Advena*, Ἄποικος *Colonus.*

424. Ἄτρεστος. *Impavidus.* a τρέω *tremo.* Agam. 1404. ἀτρέστῳ καρδίᾳ. Sophocl. Ajac. 364. Eurip. Ion. 1198. ἄτρεστα ναίουσι. Zenodoti Epigr. Anthol. p. 527. ἀτρέστου ματέρ' ἐλευθερίας. Antipater ib. III. v. 2. Ἄμμες δ' ἀτρέστοις ἀνδράσι τερπόμεθα. Eodem sensu dixit Euphorion ἀτρέα δῆμον Ἀθηνῶν, ἀντὶ τοῦ ἀτρέστου, teste Hermogene περὶ ἰδ. p. 333. ubi MS. Caio Gonvil. Ἀθηναίων. Lege Ἀθηνέων. Vid. Porsoni collationem codicis Harleiani Odysseæ Γ. 278.

429. Ὑψίκρημνος. *Alta habens præcipitia.* idem quod ὑψηλόκρημνος v. 5. Noster in Glauci fragm. ap. Schol. in Pindar. Pyth. I. 152. Εἰς ὑψίκρημνον θ' Ἱμέραν ἀφικόμην.

431. Ὀξύπρωρος. *Acutam proram*, i. e. *cuspidem, habens.* Photius Lex. MS. Ὀξυπρώρῳ ταύρῳ· ὀξυκέρατι. Subjiciam composita quædam e πρώρα, quia exempla in Lexicis rariora sunt. ἀνδρόπρωρος Empedocles apud Aristot. Phys. II. 8. Plutarch. in Colot. p. 2058.

Ælian. H. A. XVI. 29. Theophylact. Epist. 44. p. 79. Theodor. Prodrom. Epist. ad Trapezuntis Metropolit. p. 547. ἀντίπρωρος Sophocl. Trachin. 223. Eurip. Electr. 846. Rhes. 136. βούπρωρος Sophocl. Trach. 13. vid. Hesych. καλλίπρωρος Æschyl. Theb. 533. Agam. 237.

435. Τιτάν. *Unus e Titanibus,* Cœli et Terræ progenie. Atlas Iapeti Titanis filius fuit, ideoque pariter cum fratre Prometheo Τιτάν vocatur.

436. Ὑπέροχον σθένος. Subaudiendum videtur κατά.

437. Κραταιός. *Validus.* Sic *Validum pondus* Virgil. G. III. 172.

439. *Ὑποστενάζω. *Subtus ingemisco.*

442. Ἄϊς. *Orcus.* ἐν ᾧ οὐδέν ἐστιν ὁρᾷν· καὶ ἡ γενικὴ Ἄϊδος. Etymol. M. p. 42, 43. idem quod Αἰδης, sed spiritum habet lenem. Attici Ἄϊς dicebant, solute, sed Ἅιδης, ut ἀΐσσω, οἰστός et similia.

443. *Ἁγνόῤῥυτος. *Pure fluens.*

445. Χλιδή. *Fastus.* τρυφή. Hesych. Prima notione *mollitiem* significavit, dein *luxum* et postea *fastum, arrogantiam.* Χλιδή· ἔκλυσις καὶ μαλακία. Timæus Lex. Platon. p. 276. ubi Ruhnkenius, "Recte Timæus χλιδή repetit a χλίω, quod verbum, a χαλίω contractum, cum suis derivatis primum significat *calore solvo, mollio,* deinde *deliciis frango.*" Mœris Χλιδή, Ἀττικῶς· τρυφή, Ἑλληνικῶς. occurrit v. 475.

Ibid. Αὐθαδία. vid. supra αὐθάδης v. 64.

446. Σύννοια. *Cogitatio.* λύπη, ἔννοια. Hesych. Sophocl. Antig. 279. ἡ ξύννοια βουλεύει πάλαι. Eurip. Orest. 624. Μενέλαε, ποῖ σὸν πόδ' ἐπὶ συννοίᾳ κυκλεῖς; Herodot. I. 88. ὁ δὲ, συννοίῃ ἐχόμενος, ἥσυχος ἦν. Præter notissimum illud Homeri Ὃν θυμὸν κατέδων, Enniique *Ipse suum cor edens,* conferri potest Hesiodi γυιοβόρους

μελεδῶνας, Op. 66. et quæ cum illo contulit Ruhnkenius Epist. Crit. I. p. 81.

447. Προυσελούμενος. *Contumelia affectus.* vide notas. Nequis autem Etymologo fidem haberet de isto Arcadum epitheto, Προσέληνοι, debueram citasse Apollon. Rhod. IV. 264. Ἀρκάδες, οἳ καὶ πρόσθε σεληναίης ὑδέονται. ubi Schol. τινὲς δέ φασιν Ἐνδυμίωνα εὑρηκέναι τὰς περιόδους καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τῆς σελήνης, ὅθεν καὶ προσελήνους τοὺς Ἀρκάδας κληθῆναι. Notus est Ovidii de eadem re locus.

449. Διορίζω. *Definio.* Eurip. Phœn. 552. κἀριθμὸν διώρισε.

450. Εἰδυίαισιν ἂν λέγοιμι. *Quum vos hæc sciatis, non opus est ut dicam.* Thucyd. II. 36. μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος. III. 53. νῦν δὲ πρὸς εἰδότας πάντα λελέξεται. VI. 77. ubi vid. Wass. et Duker. Herodot. VII. 8, 15. ἐπισταμένοισι εὖ οὐκ ἄν τις λέγοι.

452. Νήπιος. "Puer, qui nondum *fari* potest, *non-fans* vel *infans*, ex νή et ἔπος Græcis dicitur νήπιος." Valcken. apud Lennep. Etymol. p. 609. unde et *ignarus* est.

453. Ἔννους. *Animum habens. Intelligens.* Ἐννουστάτοις· φρονίμοις. Hesych. Sophocl. Œd. T. 916. ἀνὴρ ἔννους, ubi Schol. συνετός.

Ibid. Ἐπήβολος. *Compos.* Vox metaphorice translata est ab eo *qui scopum ferit.* Timæus p. 116. Ἐπήβολοι· οἱ ἐπιτυχῶς βάλλοντες· ἢ οἱ ἐντυγχάνοντες, ubi exempla præstabit Ruhnkenii nota. Huic loco proximus est ille Sophocl. Antig. 492. Λυσσῶσαν αὐτήν, οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν. Idem in Alcmæon. Fragm. I. φρενῶν ἐπήβολον καλῶν, quem locum, præter Max. Tyr. citat Eustathius ad Od. B. p. 1448, 5. ubi vocem docte illustrat, ex Porphyrii Quæst. Homer. p. 5. Archippus Comicus apud Etymol. M. p. 357, 26. Πλουτῶν (νῦν) ἐγενόμην χρημάτων ἐπήβολος. Rectius Porphyrius l. c. Ἄρχιππος Πλούτῳ, Νῦν ὡς ἐγενόμην χ. ἐ. Rarius significat *cujus aliquis est compos.* Agam. 544. Τερπνῆς ἄρ' ἦτε τῆσδ' ἐπήβολοι νόσου; i. e. *percussi.* Apoll. Rhod. I. 694. Νῦν γὰρ δὴ παρὰ ποσσὶν ἐπήβολος ἔστ' ἀλεωρή.

Herodot. VIII. 111. τουτέων τῶν θεῶν ἐπηβόλους ὄντας Ἀνδρίους οὐ δώσειν χρήματα. Hac autem opera sanandus est Aristænetus Epist. II. 17. καὶ πολλαχοῦ κατὰ γυναικῶν, ὡς ἐπήβολος, ὡς ἐπὶ τύχης ἔστησα τρόπαια, προσφόρως ἑκάστῃ τὰς ἐρωτικὰς μεθόδους προσάγων. Recte Mercerus ἐπιτυχῆς conjunctim legit, sed voces ὡς ἐπιτυχῆς manifestam glossatoris manum produnt, ideoque furcis ejiciendæ sunt.

455. Ἀλλ' ὧν, &c. *Sed benevolentiam erga eos, quæ in istis quæ donavi eluxit, commemorans.*

458. Ἀλίγκιος. *Similis.* Vox Homerica: videtur nata fuisse ex ἧλιξ.

459. Φύρω. *Commisceo.* Ἔφυρον· ἔβρεχον, ἐμόλυνον, ἐπάλυνον. Hesych. vulgo ἔπλυνον. Occurrit Eurip. Hecub. 494. φύρουσα δύστηνον κάρα. et 494. Recentior forma est φυράω, Theb. 48.

Ibid. Εἰκῇ. *Casu fortuito. sine consilio.* ὡς ἔτυχεν. Hesych. Sophocl. Œd. T. 979. Εἰκῇ κράτιστον ζῇν, ὅπως δύναιτό τις. Eurip. Electr. 379. et in Auge apud D. Laert. II. 33. Κράτιστον εἰκῇ ταῦτ' ἐᾷν ἀφειμένα. vid. notas ad Longin. Π. Υ. fin.

Ibid. *Πλινθυφής. *Lateribus contextus.* a πλίνθος *later*, et ὑφαίνω, vel potius antiquo ὕφω *texo.*

460. Πρόσειλος. *Apricus. Soli oppositus.* idem quod προσήλιος, ab εἴλη vel ἕλη *solis splendor.* vid. Ruhnken. ad Timæum p. 96. Restituenda est hæc vox Eupolidi ap. Schol. A. Αὐλὴ πρόσηλος. Lege πρόσειλος. Virgil. Georg. III. 302. *Et stabula a ventis hiberno opponere soli, Ad medium conversa diem.*

Ibid. Ἤισαν. *Noverant.* ᾔδεισαν, ἐγίνωσκον. Suid. Plusquam perfectum verbi εἴδω Attici ita efferebant, ᾔδη, ᾔδεις, ᾔδειν—ᾔστην—ᾖσμεν, ᾖστε, ᾖσαν. vid. Dawes. M. C. p. 231. Pierson. ad Mœrin p. 174. qui ᾖσαν reposuit in Eurip. Cycl. 230. pro vulgato ἴσαν.

Ibid. *Ξυλουργία. *Opera lignaria.*

461. Κατώρυξ. *In defossis specubus*, ut ait Virgilius. Similem fere descriptionem vitæ primigenorum hominum habet Moschio in Stob. Ecl. Phys. XI. ἦ γάρ ποτ' αἰὼν κεῖνος ἦν, ὁπηνίκα Θηρσὶν διαίτας εἶχον ἐμφερεῖς βροτοί, Ὀρειγενῆ σπήλαια καὶ δυσηλίους Φάραγγας ἐνναίοντες· οὐδέπω γὰρ ἦν Οὔτε στεγήρης οἶκος, οὔτε λαΐνοις Εὐρεῖα πύργοις ὠχυρωμένη πόλις κ. τ. λ. Lucret. V. 929. *Multaque per cœlum solis volventia lustra, Volgivago vitam tractabant more ferarum*, &c.

Ibid. Ἀήσυρος. *Levis. Parvus.* Ἀήσυρον· κοῦφον, ἐλαφρόν. Hesych. ἀσθενὲς, κένον· ἔνιοι κοῦφον, ὑπ' αὔρας φερόμενον. Etymol. M. p. 23, 20. Apollonii Lex. Homer. Ἀήσυρον. κοῦφον. τὸ οἷόν τε ὑπὸ ἀνέμου σύρεσθαι, τουτέστι ὑπὸ τῆς ἀήτης τῆς ἀνέμου πνοῆς. Apoll. Rhod. II. 1103. Τυτθὸν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀήσυρος ἀκρεμόνεσσιν, ubi Schol. Ἀήσυρος δὲ ὁ ἐλαφρῶς πνέων· ἀπὸ τοῦ ἄω τὸ πνέω. quicum consentit Eustath. p. 1547, 21. Suidas. Ἀήσυρον. τὸ λεπτόν. τὸ μετέωρον καὶ κοῦφον. τὸ ἐλαφρόν. παρὰ τὸ ἀέρι σύρεσθαι. ἐπὶ ὀρνέων. Ἀήσυρον κάμψει γόνυ. Cf. Arnald. Lect. Græc. p. 6. Ruhnken. Epist. Crit. I. p. 87.

464. Ἀνθεμώδης. *Floridus.* Lexicis adscribas hunc locum et Eurip. Bacch. 462.

Ibid. Κάρπιμος. *Fructifer.* Hesych. Καρπνά. δένδρα καρπὸν ἔχοντα. Lege, Κάρπιμα δένδρα· καρπὸν ἔχοντα.

468. Ἀριθμός. *Arithmetice.* Quæ Æschylus a Prometheo inventa tradit, Sophocles Palamedi tribuit in Nauplio ap. Achill. Tat. Isagog. ad Arati Phænom. I. p. 81. ed. Juntæ fil.

470. *Et memoriam, omnium, quum literarum mater sit, artificem.*

Ibid. *Μουσομήτωρ. vide notas; et supra ad v. 88.

Ibid. Ἐργάνη. *Opifex.* vide notas; adjice interpretes ad Hesych. v. ἐργάτις. Ἐργάνη Minervæ nomen erat. Photius Lex. MS. Ἐργάνη. ἡ Ἀθηνᾶ, παρὰ τὸ τοῖς ἔργοις ἐπιστατεῖν· ταύτης εὑραμένης

ταῖν τέχναιν. easdem fere voces, male ab Albertio citatas, habet Etymologus p. 369, 51. Hesychius ab Elmsleio optime emendatus, Ἐργάνη. ὡς δαπάνη. ἐργασία, ἐργατική, δορυτέχνησις, ἐργάτις. παρὰ δὲ Σαμίοις ἡ Ἀθηνᾶ ἔ. λε. (ἐργάνη λέγεται) ὡς ἐργαστική. καὶ ἐργάναι, αἵ τὸν πέπλον ὑφαίνουσαι. Sophocles ex emendatione Gatakeri, Βάτ' εἰς ὁδὸν δὴ πᾶς ὁ χειρώναξ λεὼς, Οἳ τὴν Διὸς γοργῶπιν Ἐργάνην σταταῖς Λίκνοισι προστρέπεσθε. Horat. 3. C. XII. 5. *operosæque Minervæ.*

471. Κνώδαλον. *Animal. Bestia.* Κνώδαλα κυρίως τὰ θαλάττια θήρια· κνώδαλα γὰρ ἐστι τὰ ἐν ἁλὶ κινούμενα. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ χερσαίου φησὶ κ.τ.λ. Schol. in Plat. p. 251. quæ descripsit Hesychius.

473. Διάδοχος. *Successor.* sic Eurip. Suppl. 72. διάδοχοι γόων. Sophocl. Philoct. 867. Ὦ φέγγος ὕπνου διάδοχον.

474. * Φιλήνιος. *Habenas amans.* nescio an alibi occurrat. Curruum inventio Bellerophonti, vel Ericthonio ab aliis tribuitur. Vid. F. Ursin. et Heyn. ad Virg. Georg. III. 113.

475. Ἄγαλμα. *Ornamentum.* Etymol. M. p. 5, 35. Ἄγαλμα, ἀγαλλίαμα, καλλώπισμα· πᾶν ἐφ' ᾧ ἀγάλλεταί τις καὶ χαίρει, κἄν τε ἱμάτιον ᾖ, κἄν τε εἰκών· οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ ἄγαλμα εἶπον τὸ ξόανον. τὸ δὲ ἄγαλμα παρὰ τὸ ἀγάλλειν. " Ἀγάλλειν proprie est *nitidum reddere, sic aliquid exornare, ut oculos grata sua specie exhilaret.* Vim verbi ἀγάλλειν retinet inde ortum ἄγαλμα, recteque adeo ab antiquis Grammaticis exponitur καλλώπισμα πᾶν, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται καὶ χαίρει." Ruhnken. ad Timæum p. 4. Etymologi verba aliter distinguens. Agam. 741. ἀκασκαῖον δ' ἄγαλμα πλούτου.

Ibid. * Ὑπέρπλουτος. *Supra modum dives.* Aristoph. Plut. 354. dicit ὑπερπλουτεῖν. sic infra ὑπέρπικρος.

477. * Λινόπτερος. *Linteas alas* (i. e. *vela*) *habens.* Oppian. Cyneg. I. 121. λινοπτερύγων ὅπλα νηῶν. Eurip. Iph. A. 251. naves πτερωτὰ ἅρματα vocat. Stanleius Homerum citat, Od. Δ. 708. Νηῶν ὠκυπόρων ἐπιβαίνεμεν, αἵθ' ἁλὸς ἵπποι Ἀνδράσι γίγνονται.

481. Αἰκὴς. idem quod ἀεικής. Anglice *Unseemly*. vid. supra v. 93.

Ibid. Ἀποσφαλεὶς φρενῶν. *Qui e mente excidisti.* i. e. *qui deliras.* Solon. ap Plutarch. in Vita ejus p. 157. περιβαλὼν δ' ἄγραν ἀγασθεὶς οὐκ ἀνέσπασεν μέγα Δίκτυον, θυμοῦ γ' ἁμαρτὼν καὶ φρενῶν ἀποσφαλείς. Eurip. Hipp. 1412. δόξης γὰρ ἦμεν πρὸς θεῶν ἐσφαλμένοι. Paullo aliter γνώμης ἀποσφαλεῖσιν Pers. 392. dicitur de barbaris, quibus *spes exciderat*. Eurip. Iph. A. 742. ἐλπίδος δ' ἀπεσφάλην, pro quo Herodotus VII. 203. dixit ἐκπεσεῖν δόξης. Theognis ap. Stob. I. Καὶ γὰρ ἐγὼ γνώμης πολλάκις ἔκτος ἔβην. Suid. Ἀποσφαλείς. παρατραπείς. ὀλισθήσας. τῆς εὐθείας ἐκτραπείς. Anglice verteris, *Out of your mind.*

486. Μάω—Μάομαι. *Exquiro.* Τὸ ζητεῖν Δωριεῖς λέγουσι μῶ, μῶται (l. μᾶται) τὸ τρίτον πρόσωπον παρ' Ἐπιχάρμῳ, καὶ μῶνται παρ' Εὐθυφορίωνι, (l. Εὐφορίωνι) καὶ μώμεναι ἡ μετοχὴ παρὰ Σοφοκλεῖ. Helladius ap. Photii Biblioth. p. 1582. cujus Grammatici locum ibid. p. 1574. hanc occasionem nactus, ex optimo MSto in Bibliotheca Collegii SS. Trinitatis apud Cantabrigiensis, corrigam. Ὅτι τὴν Μοῦσαν ἐτυμολογοῦσιν ἀπὸ τοῦ μαιοῦσάν τινα εἶναι· ἡ γὰρ μουσικὴ παίδευσις οὐδὲν μυστηρίων διαφέρει. Manifesto verum est, quod præbet MS. μύουσάν τινα εἶναι. Idem Codex lacunam in impressis p. 1586. ita supplet. ὅτι χλιδὴ μὲν ἡ τρυφή. καὶ βρενθύεται σημαίνει μὲν τὸ ἀλαζονεύεσθαι. Vid. Hemsterhus. ad Lucian. I. p. 368. Etymologus in v. Μοῦσα Epicharmi locum profert; Πύῤῥαν γε μῶ καὶ Δευκαλίωνα. Sed nusquam alibi activam vocem offendi: in media satis frequens est. Theogn. 767. ἀλλὰ τὰ μὲν μῶσθαι, τὰ δὲ δεικνύναι, ἄλλα δὲ ποιεῖν, ubi nescio an scribendum μᾶσθαι. Hinc vox rarissima Μάσμα, μάστευμα, ζήτημα. οὕτως Κρατῖνος. Phot. Lex. sed male, credo, pro μᾶμα. Conf. Cornut. de Nat. D. 14.

488. Βρώσιμον—Χριστὸν —Πιστόν. Quod hic βρώσιμον et πιστόν vocat, in Agamemn. 1410. ἐδανόν et ποτόν dixit. Quatuor sunt φαρμάκων genera, quorum præcipue mentio fit apud auctores Græcos; φάρμακα χριστά, παστά, πλαστά, et πιστά vel

πότιμα: quibus interdum additur quintum genus τὰ βρώσιμα, et sextum ἐπῳδαί, prout eis ad *ungendum, inspergendum, emplastro obtegendum, bibendum, edendum* vel *excantandum* utebantur. Schol. Aristoph. Plut. 717. τῶν φαρμάκων τὰ μέν ἐστι καταπλαστά, τὰ δὲ χριστά, τὰ δὲ ποτά. ubi vid. Hemsterhus. Schol. Venet. ad Il. Δ. 191. τρεῖς δὲ φαρμάκων ἴδεαι, ἐπίπαστα, ὡς ἐπὶ Μενελάῳ. χριστά, ἰοὺς χρίεσθαι· πότιμα, ὡς ἐπὶ Ἑλένης. Eurip. Hippol. 521. Πότερα δὲ χριστόν, ἢ ποτὸν τὸ φάρμακον; Idem in Ino ap. Stob. XXXVIII. p. 149. Grot. ὡς ἦν μόχθος ἰατροῖς μέγας, Τομαῖς ἀφαιρεῖν, ἢ ποτοῖσι φαρμάκοις, Πασῶν μεγίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων. Theocrit. XI. 1. Οὐδὲν ποττὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο, Νικία, οὔτ' ἔγχριστον, ἐμὶν δοκεῖ, οὔτ' ἐπιπαστόν. Longus Past. I. Ἔρωτος γὰρ οὐδὲν φάρμακον, οὐ πινόμενον, οὐκ ἐσθιόμενον, οὐκ ἐν ᾠδαῖς λαλούμενον. Theophylact. Epist. 42. p. 74. καὶ ἢ ἐγκεράσας, ἢ ἐγχρίσας, ἢ ἐπιπλάσας, τῷ νοσήματι ἀντιπαλαμήσομαι. Sozomen. Hist. Eccl. II. p. 452. φαρμάκων μέν, ἔφη, οὔτε χριστῶν, οὔτε ἐπιπλάστων εἴδησιν ἢ πεῖραν ἔχω. Pindar. Pyth. III. 91. Τοὺς μὲν μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων, τοὺς δὲ προσανέα πίνοντας, ἢ γυίοις περιάπτων παντόθεν φάρμακα, τοὺς δὲ τομαῖς ἔστασεν ὀρθούς. Toupius Emend. IV. p. 237. πάσματα et πλάσματα confundit. Sed recte distinguit Gataker. ad M. Antonin. IV. p. 197, 26. S. Ignatius in Epist. ad Polycarp. p. 11. ed. Voss. οὐ πᾶν τραῦμα τῇ αὐτῷ ἐμπλάστρῳ θεραπεύεται. τοὺς παροξυσμοὺς ἐμβροχαῖς παῦε. Septimum genus memorat Porphyrius de Abstin. p. 11. εἴτε ὀσφραντόν, εἴτ' ἐπίχριστον, εἴτε ποτὸν ἢ βρωτὸν προσάγει φάρμακον. quæ illustrant Alexidis locum ap. Athen. XV. p. 687, D. ὑγιείας μέρος Μέγιστον, ὀσμὰς ἐγκεφάλῳ χρηστὰς ποιεῖν. Atque hinc explicari potest insignis locus Eurip. Suppl. 1110. quem viri docti minus perspectum habuerunt. Μισῶ δ' ὅσοι χρῄζουσιν ἐκτείνειν βίον, Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγεύμασι Παρεκτρέποντες ὀχετὸν ὥστε μὴ θανεῖν. Gatakerus et Marklandus legunt ποτοῖσι μαγγανεύμασι ex Plutarcho, male: βρωτοῖσι enim et ποτοῖσι non de eduliis dicuntur, sed cum subintellecta voce φαρμάκοις sumenda. Sensus est "Qui per medicamenta edenda et potanda, vel per carmina magica mortem differre tentant." Vetus lectio satis firmatur ex Orest. 1508. Ἤτοι φαρμάκοισιν, Ἢ μάγων τέχναισιν. Medea per μαγεύματα Æsona renovavit. Hippocr. de

Morbo Sacro p. 345. ed. Vanderl. *οὗτος καὶ ταύτην τὴν νοῦσον ἰῷτο ἂν, εἰ τοὺς καίρους διαγινώσκει τῶν ξυμφερόντων, ἄνευ καθαρμάτων καὶ μαγευμάτων, καὶ πάσης ἄλλης βαναυσίης τοιαύτης.* Cf. etiam Lucian. Macrob. IV. 10. Misc. Obs. X. p. 426. Lex. MS. ap. Bibl. Coislin. p. 236. et Suid. v. Μαγεία. Nihil horum dedit H. Steph. in Dictionario Medico. Recte monet Stanleius *πιστός* ab antiquo *πίω* formatum esse. Eustath. ad Iliad. Π. p. 1050, 48. *ὁ μέντοι πιστὸς, ἤγουν ποτὸς, τουτέστι πινόμενος, κατὰ τὸ, χριστὰ καὶ πιστὰ φάρμακα, ἐκ τοῦ πίω πίσω παρῆκται.* De hoc antiquo verbo locus est Etymologi p. 673, 18. quem integrum exscribere non gravabor. *παρὰ τὸ πίω πίσω, ὡς λύω λύσω. ἐκ τούτου ῥηματικὸν ὄνομα πῖσος καὶ πίσεα. τὸν δὲ πίσω μέλλοντα ὁ τεχνικὸς μὴ εὑρῆσθαι φησί, καὶ ταῦτα, εἰρημένου αὐτοῦ παρὰ* Πινδάρῳ, *οἷον,* Πίσω *γε* Δίρκης *ὕδωρ. καὶ παρὰ* Εὐπόλιδι Τῷ *δ' ἂν οἶνος εἴη πολὺς, πίσει.* Hinc *πίστρα* pro *πότιστρα* ibid. 27. Hesych. Suid. Eurip. Cycl. 29. *πιστήρια, ποτιστήρια* Photius Lex. MS. Hinc *πισμός* et *πιστὴρ, ληνός,* apud Hesychium; *ἐμπισθέν* Nicand. Ther. 624.

490. *Κατασκέλλω. *Exsicco.* Hesych. Κατασκελεῖν· *κατασκελετεύειν, τὰς σάρκας καταφαγεῖν.* quæ forma sæpius occurrit. a *σκέλλω* sicco. Incertus ap. Suidam vv. Ἐλεύσιος. Κατεσκληκώς. durum vitæ genus *τὸ κατεσκληκὸς τοῦ βίου* vocat.

491. Ἤπιος. *Mitis.* Homericum est *ἤπια φάρμακα.*

493. Στοιχίζω. *Ordino.* vid. supra ad. v. 238.

495. Ὕπαρ. *Verum Somnium.* Homer. Od. T. 547. *Οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν, ὅ καὶ τετελεσμένον ἔσται.* Photius Lex. MS. *Ὕπαρ· ἐγρηγορὸς ὀπτασία* (Angl. *a day-dream.*) *ἀληθής.* consentit Hesych. Plato Theætet. 13. p. 126. ed. Fischer. *εἴτις ἔροιτο νῦν οὕτως ἐν τῷ παρόντι, πότερον καθεύδομεν καὶ πάντα ἃ διανοούμεθα ὀνειρώττομεν, ἢ ἐγρηγόραμέν τε καὶ ὕπαρ ἀλλήλοις διαλεγόμεθα.* Schol. in Platon. ed. Ruhnken. p. 245. *Ὕπαρ ἐστὶ τὸ μέσον ἐγρηγόρσεως καὶ ὕπνου ὁρώμενον.* Ammonius, *Ὕπαρ ὀνείρατος διαφέρει. ὕπαρ μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἐναργὴς ὄψις· ὄνειρον δὲ, ἡ ἐν τῷ καθεύδειν φαντασία.* ubi vide Valcken. Animadv. p. 217.

Ibid. Κλήδων. *Omen quod per vocem fiebat.* Choeph. 1041. quod φήμη interdum dicitur, ut in Aristophanis loco mox citando. Consule Wyttenbach. Biblioth. Crit. III. i. p. 57.

495. Ἐνοδίους συμβόλους. *Omina quæ in itinere occurrunt,* quale erant Agamemnoni aquilæ lepus vorantes, in Agam. 112. quod ibi vocatur ὅδιον κράτος. Quædam enumerat Horatius Carm. III. xxvii. 1. seqq. Tibull. I. iii. 19. *O quoties ingressus iter, mihi tristia dixi Offensum in portam signa dedisse pedem.* cf. Theocrit. XVIII. 16. Infausta itinera Æschylus vocat παρόρνιθας πόρους, Eumen. 769. Hujusmodi omina Athenienses ὄρνεις vocabant; Aristoph. Av. 719. Ὄρνιν τε νομίζετε πάνθ' ὅσαπερ περὶ μαντείας διακρίνει· Φήμη γ' ὑμῖν ὄρνις ἐστί· πταρμόν τ' ὄρνιθα καλεῖτε· Ξύμβολον ὄρνιν· φωνὴν ὄρνιν· θεράποντ' ὄρνιν· ὄνον ὄρνιν. ubi Schol. ξύμβολον ὄρνιν φησὶν, ἐπειδὴ συμβόλους ἐποίουν τοὺς πρῶτα ξυναντῶντας, καὶ ἐξ ἀπαντήσεώς τι προσημαίνοντας. ξυμβόλους δὲ καὶ τοὺς διὰ τῶν πταρμῶν οἰωνισμοὺς ἔλεγον. ἀνετέθεντο δὲ οὗτοι Δήμητρι, ὥς φησι Φιλόχορος. Xenoph. Mem. I. i. 3. ὅσοι μαντικὴν νομίζοντες, οἰωνοῖς τε χρῶνται καὶ φήμαις καὶ συμβόλοις καὶ θυσίαις. cf. Cyrop. VIII. vii. 3. Aristoph. Plut. 63. et Schol. πιστὸν πτέρον dicitur hujusmodi omen ap. Sophocl. Œd. Col. 98. Cf. Hesych. v. Ξυμβόλους, vel Brunckii Lex. Sophocl. in voce.

497. Γαμψώνυχος. *Curvas habens ungues.* ἐπικαμπεῖς ἔχων τοὺς ὄνυχας. Lex. MS. ap. Bibl. Coislin. p. 470. quicum consentit Hesychius. Epicharmus ap. Athen. III. p. 105. B. κάστακοὶ γαμψώνυχοι.

Ibid. Σκεθρῶς. vid. supra v. 102.

498. Stanleius comparat Callim. in Lav. Pall. 125. Γνωσεῖται δ' ὄρνιθας, ὃς αἴσιος, οἵ τε πέτονται Ἤλιθα, καὶ ποίων οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες.

499. Εὐώνυμος. *Lævus.* Vid. Glossar. in Theb. 886.

501. Στέργηθρον. *Amor.* significatus rarior; plerumque enim idem est ac φίλτρον, *amoris incentivum,* quod notavit Butlerus.

Similiter tamen Eurip. Hippol. 255. Εὔλυτα δ' εἶναι στέργηθρα φρενῶν. et noster Choeph. 238. καὶ τὸ μητρὸς εἰς σέ μοι ῥέπει Στέργηθρον. Eumen. 191. Οἵας ἑορτῆς ἔστ' ἀπόπτυστοι θεοῖς Στέργηθρ' ἔχουσαι. Vox ipsa est e rarioribus.

Ibid. Ξυνεδρία. *Consessus.* "Verbum est augurale, contrarium διεδρία. Aristot. Hist. Anim. IX. 1. sub. med. τοῖς ὠμοφάγοις ἅπαντα πολεμεῖ, καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις· ὅθεν καὶ τὰς διεδρίας καὶ τὰς συνεδρίας οἱ μάντεις λαμβάνουσι· δίεδρα μὲν τὰ πολέμια τιθέντες, σύνεδρα δὲ τὰ εἰρηνεύοντα πρὸς ἄλληλα." *Abresch.* Ælian. H. A. I. 48. Οἱ συνιέντες ὀρνίθων καὶ ἕδρας καὶ κλαγγάς. ubi suspicor legendum καθέδρας pro καὶ ἕδρας. etsi idem III. 9. Οἵ τε ἕδρας ὀρνίθων καὶ πτήσεις παραφυλάττοντες.

502. Λειότης. *Levor.* vid. infra v. 668.

504. Χόλης λοβοῦ τε, κ. τ. λ. *Fellis et jecinoris faustam varietatem.* Λοβός. *Jecinoris pars extrema. Fibra.* τὸ ἄκρον τῆς ἥπατος. Schol. B. Hesych. unde omina ducebant. σημεῖον ἐν τῷ ἥπατι. Hesych. et Suid. Eumen. 158. ὑπὸ φρένας, ὑπὸ λοβόν. Si λοβὸς defuit, auspicium infelix fuit. Eurip. Electr. 826. ἱερὰ δ' εἰς χεῖρας λαβὼν Αἴγισθος, ἤθρει· καὶ λοβὸς μὲν οὐ παρῆν Σπλάγχνοις· πύλαι δὲ καὶ δοχαὶ χόλης πέλας Κακὰς ἔφαινον τῷ σκοποῦντι προσβολάς. Lucan. I. 622. *pulmonis anheli Fibra latet.* Inter prodigia a Julio Obsequente memorata, hoc etiam narratur; *quum immolassent victimas consules, jecur extabuit.* p. 71. ed. R. Steph.

505. Κνίσῃ. *Adeps.* male Stanleius *nidor,* qui tamen significatus magis communis est. Hesych. Κνίσα· ἀτμὸς, καπνὸς τῶν θυσιῶν. καὶ τὸ λίπος τοῦ ἱερείου. καὶ ὁ ἐπίπλους. Photius Lex. MS. Κνίσης· λίπους· ἢ ἀναθυμιάσεως. Schol. Venet. ad Il. A. 66. Κνίση· ἀπὸ τοῦ κνίζω κνίσω, ὃ σημαίνει τὸ λεπτύνω· λεπτότατος γάρ ἐστιν ὁ ἐπίπλους. Cf. Sophocl. Antig. 1010. καταῤῥυεῖς Μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς.

506. Ὀσφύς. *Lumbus.* ὁ παρὰ πλευρὸν διάκενος τόπος. Hesych. "Spinam excipit ὀσφύς, quæ ἰξὺς nominata est, qua parte cinguntur;

(Latini *lumbos* vocant):" H. Steph. in Dictionar. Medico p. 554. ex Galeno. Etymol. M. p. 636, 23. Ὀσφὺς λέγεται τὸ τρίτον μέρος τῆς ῥάχεως· ἡ γὰρ ῥάχις τρεῖς ἐπωνυμίας ἔχει· καὶ ἡ μὲν πρώτη καλεῖται αὐχήν· ἡ δὲ δευτέρα, ἰξύη· ἡ δὲ τρίτη ὀσφύς.

507. Φλογωπὰ σήματα. *Flammea signa.* loquitur de ἐμπυρομαντείᾳ *ignispicio:* male Schutzius de fulguribus intelligit. In ignispiciis flammam spectabant, quomodo se per auras explicaret. Adeas Valcken. ad Phœniss. 1261. Apoll. Rhod. I. 144. αὐτὸς δὲ θεοπροπίας ἐδίδαξεν Οἰωνούς τ' ἀλέγειν, ἠδ' ἔμπυρα σήματ' ἰδέσθαι.

508. Ἐξομματόω. *Lucidum reddo.* Proprie dicitur de cæsis, cui visus redditur. Aristoph. Plut. 635. Ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας. quem versum e Sophoclis Phineo esse monet Scholiasta. Ὀμματόω occurrit Choeph. 852. Suppl. 463. Ξυνῆκας· ὠμμάτωσα γὰρ σαφέστερον.

Ibid. Ἐπάργεμος. *Caligine obductus.* ab ἄργεμον *albugo oculi.* Ἄργεμον ἐστὶν, ὅταν κατὰ τὸν τῆς ἴριδος κύκλον, καὶ τὸ λεύκωμα, ἐνίοτε δὲ τὸ μέλαν, ἕλκος γίνεται στρόγγυλον καὶ ὑπόλευκον. Galen. Introd. c. 15. Ἄργεμα κατὰ Δίδυμον τὰ ἐπὶ ὀφθαλμῶν λευκώματα, ὧν μνήμη τῷ Αἰσχύλῳ ἐν τῷ Πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα. Eustath. ad Od. B. p. 1430, 60. Cf. Agam. 1115. Choeph. 663.

513. Φλύω. *Nugor. Effutio.* A φλέω *bullio* provenit magna vocabulorum familia, quæ omnia *levitatis* vel *inanitatis* vel *tumoris* notionem habent. Ælian. V. H. III. 41. τὸ πολυκαρπεῖν οἱ ἀρχαῖοι ὠνόμαζον φλύειν· ὅθεν τὸν Διόνυσον φλεῶνα ἐκάλουν. Occurit Theb. 661. φλύοντα σὺν φοίτῳ φρενῶν.

516. Νύν. encliticum. Eustath. ad Iliad. K. p. 792, 14. ἐν δὲ τῷ Ὅσα πού νυν ἐέλπεται, (Iliad. K. 105.) συστέλλεται τὸ νυν κατὰ τὸν Ἀπίωνα, διὰ τὸ μέτρον. ὡς καὶ ἐν τῷ Πατρόκλου ἐπιταφίῳ ἐπὶ τοῦ, Δεῦρό νυν ἢ τρίποδος περιδώμεθον. (Ψ. 485.) ὅθεν καὶ ἔστι νοῆσαι, ὡς δίχα τόνου ὀφείλει κεῖσθαι ἡ λέξις, καὶ οὐδὲ ὡς χρονικὸν ἐπίῤῥημα λαμβάνεσθαι, ἀλλὰ ἀντὶ παραπληρωματικοῦ συνδέσμου. ἀφ' οὗ ἔοικε καὶ τὸ

τοίνυν γενέσθαι. dein exempla citat Eurip. Hecub. 982. Sophocl. Trachin. 441.

Ibid. Καιροῦ πέρα. *Ulterius quam convenit.*

517. *᾽Ακηδέω. *Nullam curam gero.* a κῆδος *cura.* Semel occurrit, Il. Ψ. 70. Οὐ μέν μευ ζώοντος ἀκηδεῖς, ἀλλὰ θανόντος. Sed ibi Valcken. in Theocrit. Adoniaz. p. 203. probabiliter rescribit ἀκηδής.

521. Κραίνω. vid. supra 219.

522. Δύη. vid. supra 186.

Ibid. Φυγγάνω. *Fugiam.* Insignem Eustathii locum de verbis in ανω desinentibus descripsit Alcestidis Euripideæ Editor Oxoniensis ad v. 492. cujus notam adeas.

524. Οἰακοστρόφος. vid. supra 153.

529. Λιπαρέω. *Instanter rogo.* Photius Lex. Λιπαρεῖν· τὸ σφόδρα προσκαρτερεῖν καὶ δεῖσθαι. Aristoph. Acharn. 450. νῦν δὴ γένου Γλίσχρος, προσαιτῶν, λιπαρῶν. Proprie significat *persevero.* Herodot. VIII. 144. ἡμέες μέντοι λιπαρήσομεν οὕτω, ὅκως ἂν ἔχωμεν, οὐδὲν λυπέοντες ὑμέας. Primam semper producit, quia a λιπαρής formatur. "Prima syllaba in λιπαρής semper corripitur, in λιπαρής nunquam, quod monuerunt Clarkius ad Homer. Il. A. 265. Marklandus ad Eurip. Iph. Aul. 304. uterque diu ante Vauvillerium et Brunckium ad Sophocl. Electr. 453." Porson. Append. ad Toup. p. 459.

530. Ξυναμπέχω. *Celo.* Eurip. Herc. F. 1111. Πάτερ, τί κλάεις καὶ ξυναμπίσχει κόρας;

532. Γεγωνέω. vid. supra 201.

534. *Εκφυγγάνω. vid. supra 522.

535. *Neutiquam omnia administrans vim suam meæ voluntati*

opponat Jupiter: ita Scholiasta, Stanleius et Schutzius, quorum interpretationem hodie amplector.

538. Ἑλινύω. supra v. 53.

539. Θοίνη. *Epulum.* εὐωχία. Hesych. Bacchylides ap. Athen. V. p. 178. B. τοὶ δὲ θοίνας ἔντυνον. Eurip. Hec. 1055. θοίναν ἀγρίαν θηρῶν τιθέμενος.

540. Ποτινίσσομαι. *Appropinquo.* Dorice pro προσνίσσομαι. Νείσσομαι et νίσσομαι utroque modo scribi docet Bentleius ad Horat. Carm. I. xxv. 7. sed tamen νείσσομαι rectius judicat, quicum sentit Valcken. ad Theocrit. VII. 25. Sed in compositis semper per simplicem ι scribitur. Homer. Il. I. 381. Οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχόμενον ποτινίσσεται. Sophocl. Antig. 129. Πολλῷ ῥεύματι προσνισσομένους. Cf. Ruhnken. Epist. Crit. I. p. 99.

543. Ἄσβεστος. *Inexstinctus. Inquietus.* ἀκατάπαυστος. Hesych. Eustath. ad Il. X. p. 1260, 4. Ἐνθυμητέον δὲ ἐνταῦθα καὶ ὅτι τὸ σβέννυσθαι οὐ μόνον ἐπὶ πυρὸς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἄλλων ὡς μυριαχοῦ φαίνεται. ἐν οἷς καὶ τὸ καθ' Ἡσίοδον—γάλα αἰγῶν σβεννυμενάων—(Op. II. 209.) ὅ ἐστι παυσαμένων τοῦ θηλάζειν. Agam. 888. Ἐμοί γε μὲν δὴ κλαυμάτων ἐπίσσυτοι Πηγαὶ κατεσβήκασιν. et 960. ἔστιν θάλασσα; τίς δέ νιν κατασβέσει; Pers. 584. Μητρὸς δὲ πηγὴν τίς κατασβέσει δίκη;

544. Ἀλίτω. *Pecco.* Eumen. 269. unde ἀλιτήριος, de qua voce perquam absurda sunt quæ tradit Plutarch. de Curiosit. p. 928.

546. Ἐκτήκομαι. *Extabesco. Effluo.* Contrarium est ἐντετηκέναι. Vid. Sophocl. El. 1311. et Brunck.

548. Τείνειν βίον. *Ævum agere.* Agam. 1364. Ἦ καὶ βίον τείνοντες ὧδ' ὑπείξομεν. Pers. 707. ὁ μακρὸς βίοτος ἦν ταθῇ πρόσω. Eurip. Med. 668. πρὸς θεῶν, ἄπαις γὰρ δεῦρ' ἀεὶ τείνεις βίον; Dioscorid. in Anal. Brunck. I. p. 502. εὐαίων ἀσινῆ τείνοις βίον. Horat.

Ep. I. v. 10. *impune licebit Æstivum sermone benigno* TENDERE *noctem.*

549. Φανός. *Lucidus.* a φαίνω. primam producit.

550. Ἀλδαίνω. *Augeo.* Theb. 557. ἀλδαίνειν κακά. *Augere mala.* Ibid. 12. Βλάστημον ἀλδαίνοντα σώματος πολύν. Ἀλδέω *cresco* vim habet neutram.

554. Διακναίω. supra 94.

563. *Ὀλιγοδρανία. *Imbecillitas.* ὀλιγοδρανής· ὀλίγον ἔχων τὸ δρᾷν. Schol. Venet. ad Il. O. 246. ὀλιγοδρανέων vocabulum est Homericum. Formatum est a δραίνω *agilis sum.* Il. K. 96. ἀλλ' εἴτι δραίνεις, ἐπεὶ οὐδὲ σέ γ' ὕπνος ἱκάνει. unde ἀδραίνω, Herodes ap. Stob. p. 481. Grot. ἐγὼ δ' ἀδραίνω, γυιὸς ὤν. τὸ γὰρ γῆρας Ἡμᾶς καθέλκει, κεὶς σκίην πέρας τήκει. Ceterum huc spectare videtur Athenæus III. p. 127. F. ἵνα μὴ λέγῃς, ἄκικυς εἰμὶ καὶ ὀλιγοδρανέω.

Ibid. Ἄκικυς. *Impotens.* ἀσθενής, ἀδύνατος. Hesych. a κίκυς *vis.* Lex. MS. Sangerm. Ἄκικυς, ἀσθενής, ἀδύναμος, κατὰ στέρησιν, ἢ τοῦ κίειν, ἢ τῆς κίκους, ἥτις παρὰ τὴν κίνησιν λέγεται ἰσχὺς οὖσα. unde Ruhnkenius in Auctario Emendat. Hesychium corrigit. sed recte ap. Hesychium ἀδύνατος. vid. Herodot. VI. 16. init. Vox est Homerica. Od. I. 515. Vid. Pindar. fragm. CXXXIII. ed. Schneider. de quo loco plenius agam ad fragmenta Sisyphi.

564. *Ἰσόνειρος. *Somnio similis.* Stanleius apposite citat Eurip. Phœniss. 1736. ὥστ' ὄνειρον ἰσχὺν ἔχων. Adjice nostri Agam. 81. παιδὸς δ' οὐδὲν ἀρείων, Ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίνει. Huc respicere videtur Aristophanes Av. 685. Ἄγε δὴ φύσιν ἄνδρες ἀμαυρόβιοι, φύλλων γενεᾷ προσόμοιοι, Ὀλιγοδρανέες, πλάσματα πηλοῦ, σκιοειδέα φῦλ' ἀμενηνά, Ἀπτῆνες, ἐφημέριοι, ταλαοὶ βροτοί, ἀνέρες εἰκελόνειροι.

566. Ἁρμονία. *Connexio. Rerum fixus ordo.* ὑψηλῶς καὶ τραγικῶς τὸ τῆς εἱμαρμένης ὄνομα Διὸς ἁρμονίαν εἶπεν. Schol. A. De lignorum junctura Od. E. 248.

567. Παρέξειμι. *Anteverto.* Bene Stanleius comparat Homer. Od. E. 103. Ἀλλὰ μάλ' οὔπως ἐστὶ Διὸς νόον αἰγιόχοιο Οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν, οὔθ' ἁλιῶσαι. Adjice Iliad. A. 132. ἐπεὶ οὐ παρελεύσεαι, οὐδέ με πείσεις.

570. *Διαμφίδιος. *Diversus.* Hesych. Διαμφίδιον μέλος· ἀλλοῖον, διαπαντὸς κεχωρισμένον· ἀμφὶς γὰρ χωρίς. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ. Schol. A. τότε γὰρ γαμοῦντί σοι τὸν ὑμέναιον ᾔδομεν, νῦν δὲ δυστυχοῦντί σοι θρῆνον.

573. Λουτρά. Schol. ad Eurip. Phœniss. 349. Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, ὅτε ἔγημέ τις, ἐπὶ τοῖς ἐγχωρίοις ποταμοῖς ἀπολούεσθαι.

Ibid. Ὑμεναιόω. *Hymenæum canto.* Photius. Ὑμεναιοῦν, τὸ ᾄδειν τὸν ὑμέναιον, καὶ συνάπτειν τὸν γάμον. Nescio an alibi reperiatur, nisi apud Aristoph. Pac. 1076. πρίν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ. ubi Schol. εἰς γάμους ἄγοιτο. et ibid 1112.

574. Ἰότης. *Lætitia.* Vox Homerica, apud recentiores, ante poetas scholasticos, parum usitata.

Ibid. Ὁμοπάτριον. *Nostram sororem.* uti recte interpretatur Schol. B.

575. Ἕδνα. *Munera quæ sponsus sponsæ dare solebat.* τὰ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς διδόμενα δῶρα. Pollux. φερνή vero *dos, quam sponsa affert marito.* Sed distinctio non ubique servatur. Eustath. ad Iliad. I. p. 743, 3. ἕδνα, ἔστιν ὅτε καὶ τὰ τοῖς ἀνδράσι διδόμενα λέγεται, ὡς πολλαχοῦ φανεῖται, οὕτω δὲ καὶ φερνὴ, οὐ μόνον ἡ τῆς γυναικὸς ἐκ πατέρων, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ἀνδρὸς, ὡς δηλοῖ καὶ αὐτὸς Εὐριπίδης ἐν τῷ, γάμων φερνὰς διδοὺς Αἵμονι. (Phœniss. 1603.)

576. *Κοινόλεκτρος. *Lecti particeps.* quod Sophocles vocat κοινολεχής, Electr. 97.

579. Χειμάζομαι. *Hyemo.* vid. Polluc. I. ix. 20. Sophocl. Philoct. 1409. Ἕρμαιον ὄρος παρέπεμψεν ἐμοὶ Στόνον ἀντίτυπον χειμα-

ζομένῳ. Eurip. Hippol. 315. *ἄλλῃ δ' ἐν τύχῃ χειμάζομαι.* ubi vide Valckenaer. *χειμάζω* active *procellis agito.* Vocem amat Sophocles.

583. Χρίω. *Pungo.* Confer omnino Ruhnkenii notam ad Timæum p. 104. quæ nimis longa est ut exscribatur, et in compendium redigi sine detrimento non potest.

Ibid. Οἶστρος. *Asilus.* de quo multa multi. Æschylus, ut videmus, *οἶστρον* et *μύωπα* confudit; sed audi doctissimum Apollonii Scholiastam ad Argon. I. 1265. *Μύωψ εἶδος μυίας κατὰ τὸ ἔαρ γινόμενον, ἥτις ταῖς λογάσι τῶν βοῶν ἐπικαθεζομένη, δάκνει αὐτὰς, καὶ εἰς μανίαν ἄγει. ἀφ' οὗ καὶ οἶστρος λέγεται. Σώστρατος δὲ, ἐν τῇ τετάρτῃ περὶ ζώων, διαστέλλει τὸν μύωπα τοῦ οἴστρου. ὁ μὲν γὰρ μύωψ ἐκ τῶν ξύλων ἀπογεννᾶται, ὁ δὲ οἶστρος ἐκ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς ἐπιπλεόντων ζωαρίων.* Cf. Schol. Odyss. X. 299. Hinc sua desumpsit recentior quidem, sed et ille quoque doctus, Theocriti Scholiasta ad Idyll. VII. 28. *τὸν οἶστρον τοῦ μύωπος Σώστρατος διαστέλλει.* Pro *τετάρτῃ* porro legendum videtur *πρώτῃ*, si modo fides sit Athenæo habenda, qui diserte scribit Sostrati opus e duobus tantum libris constitisse, VII. p. 312. E. quam facile autem horum numerorum signa *α'* et *δ'* permutata forent, nemo est qui non videat: permutata sunt ap. Harpocr. v. *Ἱερὰ τριήρης.* Schutzius de *furore* intelligit, qui Io agitabat: cf. 618. ubi *νόσος θεόσσυτος* vocatur. Suid. *Οἶστρον δὲ καλοῦσι πᾶσαν κίνησιν.* Photius, *Οἶστρος· ἐρεθισμὸς, ἔκκαυσις. πύρωσις ἐμμανής.* Sed postea v. 696. de *μύωπι* loquitur, quod non nisi de asilo sumi potest: et de asilo quidem sumsit Virgil. G. III. 152. Meleager Anthol. I. xxvii. 1. *Τρεῖς δέ με θηλυμανεῖς οἰστροβολοῦσι πόθοι.* Sed ibi legendum *οἰστοβολοῦσι*; sequitur enim Ἡ *γάρ τοι τρία τόξα κατήρτισεν.*

584. Ἄλευ', ὦ δᾶ. *Averte, O terra,* vel etiam *Apage.* ita ut *ὦ δᾶ* mera sit interjectio. *Ἀλεύσω, ἀντὶ τοῦ φυλάξω. Σοφοκλῆς.* Lex. MS. Sangerm. apud Brunck. Lex. Sophocl. Notæ adjicias Eumen. 839. ubi inverso verborum ordine dicitur *οἶ, οἶ, δᾶ, φεῦ.*

585. Μυριωπός. *Innumeros habens oculos.* Glossa ap. Etymol. M. p. 595, 22. *Μυριωπός· ὁ μυρίους ὀφθαλμοὺς ἔχων. ἐπίθετον Ἄργου παρ' Αἰσχύλῳ.*

589. Περάω. *Transporto.*

590. Νῆστις. *Famelicus.* Valckenaerius a νή et ἔστις ducit; male: contrahitur enim ab ἄνηστις, qua voce utitur Cratinus ap. Athen. II. p. 47. A. Eustath. ad Iliad. N. p. 947, 17. Οὐ γάρ τοι σύ γε πρῶτος φοιτᾷς * * ἐπὶ δεῖπνον ἄνηστις. Male Athenæus, ὅτι τὸ ἄνηστις, ἤτοι νῆστις, πλεονασμῷ τοῦ α. Confer quæ supra diximus ad v. 248. Valckenaer. Scholia in Actt. p. 469.

591. Κηρόπλαστος δόναξ. *Fistula ex arundinibus cera compacta.* Cf. Castorionis versus ap. Porson. Suppl. ad Præf. Eurip. Hec. p. xxvii. Sophocles Polyid. fr. 4. de favis, Ξουθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον.

Ibid. Ὀτοβέω. *Strepo.* vide notas.

592. Ἀχέτας. Dor. pro ἠχέτης *resonans.* Eurip. Electr. 101. κύκνος ἀχέτας. Aristoph. Av. 1095. Ἡνίκ' ἂν ὁ θεσπέσιος ὀξυμελὴς ἀχέτας Θάλπεσι μεσημβρινοῖς ὑφ' ἡλίῳ μανεὶς βοᾷ. i. e. *resonat sub sole cicada.* Hesiodus quoque ἠχέτα τέττιξ, Op. 580.

597. Eurip. Alcest. 497. τῷ ξυνέζευξαι πλάνῳ;

600. Οἰστρηλάτῳ δείματι. eadem constructione dicitur, qua supra v. 109. ναρθηκοπλήρωτον πηγήν, et 152. ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις.

601. Παράκοπος. *Insanus.* proprie de citharœdo dictum contra tempus pulsante. παρακοπή *insania,* Agam. 225. vid. infra παραπαίω v. 1090.

Ibid. Τείρω. *Vexo.* supra 356. Τείρει· καταπονεῖ. Phot. et Hesych. Vox Homerica. Ad hunc versum retrahendus est locus ex Anthologia, quem in notis ad v. 1028. citavi.

603. Δάκος. *Fera.* Vox satis communis est, præsertim apud nostrum; Theb. 558. Agam. 825. 1234. Choeph. 528. Suppl. 265.

606. Γυμνάζω. *Exerceo.* Eurip. Helen. 540. οὐδ' ἀγύμναστον

πλάνοις. Scyriis fr. I. 3. Μῶν κρυμὸς αὐτῆς πλευρὰ γυμνάζει χολῇ; Nescio quare Valckenaerio et Ruhnkenio suspecta esse debeat vox γυμνάζει. cf. 612. Agam. 542. Ἔρως πατρῴας τῆσδε γῆς σ' ἐγύμνασεν;

607. **Ἀλύσκω.** *Vito.* Vox Homerica. Rarius est apud Tragicos simplex verbum; occurrit tamen in Pers. 101. Sophocl. Antig. 488. ubi vid. Brunck. Electr. 627. Phrynicho in Pleuroniis, citato supra ad v. 376.

608. **Βούκερως.** *Bovis cornua habens.* Sophocl. ap. Strab. XV. p. 687. ὁ βούκερως Ἴακχος.

613. **Ἀπύω.** *Pronuncio.* Penultimam habet communem; in hoc loco corripitur, ut in Theb. 143. Pers. 123. Aristoph. Eq. 1023. Ἐγὼ μέν εἰμ' ὁ κύων· πρὸ σοῦ γὰρ ἀπύω. Producitur Eurip. Hec. 156. Οἳ ἐγὼ μελέα, τί ποτ' ἀπύσω; Suppl. 800. ubi vid. Porsoni notam, ed. Gaisford. p. 172.

617. ***Προσθροέω.** *Alloquor.* θροέω infra 628.

619. **Μαραίνω.** *Tabefacio. Vexo.* Nescio an huc respiciat Hesychii glossa. Μαραίνεται· μαίνεται. Sophocl. Œd. T. 1328. Ὄψεις μαρᾶναι. Œd. Col. 1260. Πλευρὰν μαραίνων. Eurip. Alcest. 201. φθίνει γὰρ καὶ μαραίνεται νόσῳ ibid. 241. μαραινομέναν νόσῳ. Noster Eumen. 139. Ἕπου, μάραινε δευτέροις διώγμασιν. ibid. 280. Βρίζει γὰρ αἷμα καὶ μαραίνεται χερός. i. e. *eluitur.*

620. **Φοιτάλεος.** *Furibundus.* a φοῖτος *rabies.* vel potius a φοίτη, unde φοιτάω Sophocl. Aj. 59. Terminatio in αλεος ex antiquioribus est, ἀζάλεος, δειμάλεος, νηφάλεος, αἰθάλεος, οἰδάλεος, ῥιμφάλεος, ἀργάλεος, κερδάλεος, ταρβάλεος, φρικάλεος, κονισάλεος (Antimachus ap. Etymol. M. p. 261, 54.) Eustath. ad Iliad. H. p. 672, 3. ἡ δὲ ᾱλ συλλαβὴ ἐπλεόνασε διὰ τὴν λειότητα φωνῆς· ὅπερ ἔν τε ὀνόμασι γίνεται τοῖς διὰ τοῦ αλεος. Conf. Etymol. M. loco citato.

621. **Νήστισιν αἰκίαις.** Sic Agam. 1625. νήστιδες δύαι.

622. *Λαβρόσσυτος. *Cursu concita.* Composita ex σεύω vel σῦμι sectatur Æschylus; in hac fabula habemus, præter hanc vocem, θεόσσυτος et κραιπνόσυτος. in Eumen. 670. αὐτόσσυτος; et bis in Agamemnone ἐπίσσυτος.

Ibid. Ἐπίκοτος. *Iratus.* vid. supra 168. Alio sensu usurpavit Sophocles Nauplio, teste Hesychio. Ἐπίκοτα· ἐπίμομφα, ἃ πᾶς ἄν τις μέμψαιτο. Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ καταπλέοντι.

623. Μῆδος. *Consilium.* ab antiqua radice μάω, de qua supra ad v. 486.

626. Τορῶς. *Perspicue.* ἰσχυρῶς, τρανῶς, μεγαλοφώνως. Photius: adjicit Suidas σαφῶς, ἀκριβῶς. "Rarior est," inquit Ruhnkenius Epist. Crit. II. p. 154. "vox τορός hac potestate apud poetas heroicos et elegiacos, sed tanto frequentior apud Tragicos. Vide Æschylum Prometh. 697. 869. Pers. 479. Agam. 26. 262." Τορόν proprie dicitur quodcunque ita perforatur ut lucem transmittat. cf. 630. 724. 894. Suppl. 941.

628. Θροέω. *Loquor.* vid. 617. Agam. 104. Sophocl. Philoct. 209. simili loco Eurip. Orest. 184. pro *susurro* Anyte Antholog. IV. xii. 103. Ἁδύ τοι ἐν χλωροῖς πνεῦμα θροεῖ πετάλοις.

629. *Δύσπλανος. *Infeliciter errans.* Cf. 933.

631. Ἐμπλέκων αἰνίγματα. Auctor Rhesi 834. Γνώμην ὑφαιρεῖ τὴν ἐμὴν πλέκων λόγους. cf. infra 985. Eurip. Phœniss. 504. Pindar. Nem. IV. 153. ῥήματα πλέκων.

Ibid. Ἁπλῷ λόγῳ. *Simplici narratione.* cf. supra 46.

636. Ἁρμοῖ. *Modo. Nuper.* ἀρτίως. Hesych. Erotian. Ἁρμῷ. ἡσυχῇ, μικρῶς. ὡς καὶ Φερεκράτης ἐν Μεταλλοῦσιν. Syracusanam esse vocem ex Heraclide tradit Eustath. ad Il. A. p. 140, 13. quicum sentit. Valcken. in Epist. ad Rover. p. 49. quia ejusdem analogiæ est, cujus sunt dictiones Syracusanæ, certe Doricæ, ἐνδοῖ, ἐξοῖ, πεδοῖ.

ἁρμοῖ an ἀρμοῖ scribendum sit, inter grammaticos non convenit; sed plerumque δασύνεται, teste Schol. Venet. ad Il. A. 486. Ceterum conferas Sophocl. Ajac. 799. ἀρτίως πεπαυμένην Πόνων ἀτρύτων.

639. **Φάραγξ.** supra v. 15. Ὀχμάζω supra v. 5.

642. **Σαφηνίζω.** supra v. 235.

647. **Μεγαίρω.** *Invideo.* Dictio Homerica.

649. **Φθόνος μὲν οὐδείς.** *Non invideo.* Angl. *I have no objection.* Formula solennis. Plato Sophist. p. 217. A. Θ. ἀλλ' οὐδεὶς, ὡς ἐγῷμαι, φθόνος αὐτῷ, διελθεῖν αὐτά. ἢ πῶς, ὦ ξένε, λέγομεν; Ξ. οὕτως, ὦ Θεόδωρε. φθόνος μὲν γὰρ οὐδείς.

Ibid. **Ὀκνέω.** *Invitus sum.* vid. supra v. 67. ubi monuisse debueram de voce ὄκνος omnino videndum esse Pausaniam in Phocic. X. 29.

Ibid. **Θράσσω.** *Turbo.* Phrynichus MS. a Ruhnkenio ad Timæum citatus p. 93. Θράττει, οἷον ταράττει, κατὰ σύγκοπὴν καὶ τροπὴν λεγόμενος. Timæus. Θράττει. ταράττει, κινεῖ. Pindar. Isthm. VII. 55. ὁ δ' ἀθανάτων μὴ θρασσέτω φθόνος. ubi Heynius recte, ut opinor, verbum ducit ab antiquo θράω, unde θραύω, potius quam a ταράττω; nisi eadem ratione contrahatur, qua ναυσθλόω contrahi videtur a ναυστολέω. Erotian. p. 27, 20. Θράσσει. Βακχεῖός φησι, κινεῖ, νύττει. Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος, ἐρεθίζει· ἔστι δὲ, ὀχλεῖ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει φησὶ, Γυναῖκα δ' ἐξελόντες, ἣ θράσσει γε νῖν. Vulgo γέννν. Hesych. Θρᾴξαι· ταράξαι, λυπῆσαι, Εὐριπίδης Πειριθῷ. Rhes. 863. καί τι μου θράσσει φρένας. Vide Brunckii Lex. Sophocl. v. Ἄθρακτος.

650. **Μᾶσσον.** Dorice pro μεῖζον. Pers. 440.

656. **Σὸν ἔργον.** *Tui est officii.* Hujus formulæ exempla congessit Valcken. ad Phœniss. 447.

Ibid. **Ὑπουργῆσαι χάριν.** *Gratiam exsequi.* Eurip. Alcest.

857. Ἀδμήτῳ θ' ὑπουργῆσαι χάριν. Sophocl. Colchisin apud Suid. v. Ἀνθυπουργῆσαι χάριν. Ἦ φῄς ὑπομνὺς ἀνθυπουργῆσαι χάριν; Herodot. VIII. 143. χρηστὰ ὑπουργέειν.

664. Διαφθορὰν μορφῆς. *Formæ ruina.* sc. in vaccam mutatio.

665. Abreschius confert v. 570. et Sophocl. Ajac. 282. Τίς γάρ ποτ' ἀρχὴ τοῦ κακοῦ προσέπτατο; Adjice Eurip. Alcest. 420. Ἐπίσταμαί γε· κοὐκ ἄφνω κακὸν τόδε Προσέπτατ'.

666. Πολέομαι. *Ventito.* Vide notam. Sed dubito an recte scripserim hoc verbum per omicron, quum Homeri ævum dixerit ἐνθάδε πωλεῖται, et ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν.

667. Παρθενών. *Virginum conclave.* Sic γυναικών erat *mulierum conclave:* ἀνδρών *virorum,* Agam. 243. ξενών *hospitum:* Ἐργατῶνες, οἱ ἐν τοῖς ἄγροις τόποι, ἔνθα οἱ οἰκέται (f. ἐργάται) κοιμῶνται. Hesych. βοών, ἡ τῶν βοῶν στάσις, ἱππών, ἡ τῶν ἵππων. Phrynich. App. Soph. p. 29. (unde *Hippona,* dea quæ præsepibus præfuit, apud Juvenal. VIII. 157. non *Epona*). Cf. Valckenaer. Schol. in Actt. p. 315.

Ibid. Παρηγορέω. *Suadeo.* in malam partem: vid. supra ad παρείπω v. 132.

668. Λεῖος. *Levis.* quæ vox a Græca voce formatur, inserto digammate.

669. Comparat Stanleius Eurip. Alcest. 1092. Τί δ'; οὐ γαμεῖν γάρ, ἀλλὰ χηρεύεις μόνος; et Virgil. Æn. IV. 32. *Solane perpetua mœrens carpere juventa?*

671. Θάλπω. *Calefacio.* vid. supra v. 610. infra 671. 706. et 904. ubi plura.

672. Ἀπολακτίζω. *Recalcitro. Rejicio.* Eumen. 141.

ἀνίστω, κἀπολακτίσασ' ὕπνον Ἰδώμεθ'. Suppl. 934. Πεσήματ' ἀνδρῶν κἀπολακτισμοὶ βίου.

673. Βαθύς. *Fertilis.* Male Schutzius *pratum in valle depressiore:* et in Theb. 593. βαθεῖαν ἄλοκα, ut opinor, non est *profundum sulcum,* sed *fertilem,* licet aliter intellexerint Auctor Rhesi 796. Timæus p. 58. et Suidas in voce. Theb. 307. τὰν βαθύχθον' αἶαν. quod recte Schol. A. explicat per εὔγειον. Eurip. Phoen. 657. γύας βαθυσπόρους. Androm. 635. βαθεῖαν γῆν. cui opponitur τὸ λεπτογέων, Thucyd. I. 2. Hippol. 1138. βαθεῖαν ἀνὰ χλόαν. Homer. Il. I. 147. βαθὺ λήϊον. Herodot. V. 92. τοῦ λητου τὸ κάλλιστόν τε καὶ βαθύτατον. I. 151. Ἄνθειαν βαθύλειμον. Eustath. p. 743, 29. Τὸ δὲ βαθύλειμον δηλοῖ μὲν τὸ πολύχορτον, κἀντεῦθεν τὸ πῖον τῆς γῆς. Pindar. Pyth. X. 20. βαθυλείμωνα πέτραν. Nem. III. 30. βαθυπεδίῳ Νεμέᾳ. Etymol. M. p. 191, 8. Ἐπίχαρμος βάσσον χωρίον, ἀντὶ τοῦ βαθύτερον, εὔγειον. Plura congessit V. D. in Menstrua Censura (*Monthly Rev.*) T. LII. Append. Cf. Misc. Observ. VI. p. 79.

674. Ποίμνας βουστάσεις τε. *Ovium greges et boum stabula.*

675. Λωφάω. *Requiesco.* vid. supra v. 27.

676. Εὐφρόνη. *Nox.* Εὐφρόνην γὰρ οἱ ποιηταὶ οὐ δι' ἄλλο τι τὴν νύκτα ἐκάλεσαν, ἢ διὰ τὸ εὖ φρονεῖν ἐν αὐτῇ, ὡς καὶ Ἐπίχαρμος. Αἴτε τι ζητεῖ σοφόν τις, νυκτὸς ἐνθυμτέον. (Epicharmi versum ita emendavit Porsonus in Addend. ad Hecub. 1169. Cornutus De Nat. Deor. XIV. p. 161. ed. Gale. atque ita Plutarchus et Grammatici, et Clem. Alex. Strom. IV. p. 227. Eustath. ad Iliad. B. p. 168, 2. κατὰ τὴν παροιμίαν τὴν λέγουσαν, ἐν νυκτὶ βουλή· διὸ καὶ εὐφρονὴ λέγεται ἡ νὺξ, ὥς φασιν οἱ παλαιοί. Cf. eundem ad Iliad. Σ. p. 1140, 64. Ad hanc etymologiam alludere videtur Herodotus VII. 12. μετὰ δὲ, εὐφρόνη τε ἐγίνετο, καὶ Ξέρξεα ἔκνιζε ἡ Ἀρταβάνου γνώμη. νυκτὶ δὲ βουλὴν διδοὺς, κ. τ. λ.

678. Γεγωνέω. supra v. 201.

679. "Scholiastes aliquis," inquit Stanleius, "anachronismum esse notat; neque enim tunc temporis oracula illa exstitisse."

680. **Θεοπρόπος.** *Qui ad Deos consulendos mittitur.* Herodot. VI. 57. *οἱ δὲ Πύθιοι, εἰσὶ θεοπρόποι ἐς Δελφούς.* interdum de vate dicitur.

Ibid. **Ἰάλλω.** *Mitto.* Ἴαλλε· *πρόπεμπε* (f. *προύπεμπε*) Hesych. Occurrit Choeph. 43. 495. Ἰαλτὸς ibid. 20.

682. * **Αἰολόστομος.** *Ambiguus; qui varie explicari potest.* Stanleius citat Lycophron. 3. *οὐ γὰρ ἥσυχος κόρη* Ἔλυσε *χρησμῶν, ὡς πρὶν, αἰόλον στόμα.*

683. **Ἄσημος.** *Obscurus.*

684. **Ἐναργής.** *Evidens.* Pers. 179. Theb. 138. Plato Theætet. 26. ad fin. Sophocl. Antig. 263.

687. **Ἄφετος.** *Dimissus, Deo sacer.* de iis animalibus dictum quæ in templorum usum a ceteris segregata, libere vagari patiebantur. Hesych. Ἄφετοι. *οἱ ἱεροβόαι.* (*ἱεραὶ βόες*) ubi vid. interpp. Idem. valet *ἄνετος.*

Ibid. **Γῆς ἐπ᾽ ἐσχάτοις ὅροις.** Quæ ab Athenæo VI. p. 233. D. vocantur *αἱ ἐσχατιαὶ τῆς οἰκουμένης.* Oraculum ap. Herodot. VII. 140. Ὦ *μέλεοι, τι καθῆσθε; λιπὼν φύγετ᾽ ἔσχαπα γαίης Δώματα.* Versus Alcaicus apud Hephæst. VII. 3. Καί *τις ἐπ᾽ ἐσχατιαῖσιν οἰκεῖς.* cui simillimum illud Theocriti Adoniaz. 7. Ἁ δ᾽ *ὁδὸς ἄτρυτος· τὺ δ᾽ ἑκαστοτέρω ἔμ᾽ ἀποικεῖς.* ΠΡ. Ταῦθ᾽ *ὁ πάραρος τῆνος ἐπ᾽ ἔσχατα γᾶς ἔλαβ᾽ ἐνθών.* ubi legerem *μεῦ ἀποικεῖς.* Alcæus apud Hephæst. X. p. 58. ed. Gaisf. habet *ἐκ περάτων γᾶς.* quas voces adhibet etiam Thucyd. I. 69.

688. **Πυρωπός.** *Flammeus.* Occurrit in fragmento Æschyli apud auctorem de Nili incremento ad calcem Herodoti ed. Wesseling. p. 788. Grot. Exc. p. 951.

689. **Ἐξαϊστόω.** *Deleo.* vid. supra v. 157. Mox notandum est voces Λοξίου μαντεύμασιν occurrere Eurip. Suppl. 7.

694. **Διάστροφος.** *Perversus.* "Non *oculi* tantum *perversi*, ut strabonum, διάστροφοι," inquit Valckenaerius Diatrib. p. 74. C. "sed ὄμμα καὶ φρένες διάστροφοι memorantur Soph. Aj. 446. Æsch. Prom. v. 674. Thom. M. in Διάστροφοι φρένες—καὶ διάστροφος μορφή." Hesych. Ἔπιλλος· παράστραβος· ἡσυχῆ διάστροφος, corrigo παραστραβὴς, ἢ ψυχῇ διάστροφος. Nicand. Ther. 758. γλῶσσα δ' ἄτακτα λέλακε, παρέστραπται δέ οἱ ὄσσε.

696. **Μύωψ.** *Asilus.* μυῖά τις ἐρεθίζουσα τὰς βοῦς. Suidas et Photius. Vide supra ad 583. v. Οἶστρος.

Ibid. **Χρίω.** vid. supra v. 583.

699. **Ἄκρατος ὀργήν.** *Fervidus iram·* ἄκρατος proprie dicitur de vino sine aquæ admistione, ideoque fervido; quod monuit Butlerus.

701. **Αἰφνίδιος** et **ἀπροσδόκητος** conjungit Thucyd. II. 61. Δουλοῖ γὰρ τὸ φρόνημα τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον.

702. **Οἰστροπλήξ.** *Oestro percussa.* Antea male excudebatur οἰστρόπληξ. Hujusmodi composita a πλήσσω oxytona sunt, excepto ὕσπληξ. Eustath. ad Il. Z. p. 629, 51. Cf. Hemsterh. ad Thom. M. v. Ἀκανθοπλήξ. Bast. Epist. Crit. p. 213. Sophocl. Electr. 5. Τῆς οἰστροπλῆγος ἄλσος Ἰνάχου κόρης.

703. **Γῆν πρὸ γῆς.** *De terra in terram.* Aristoph. Acharn. 235. Καὶ διώκειν γῆν πρὸ γῆς ἕως ἂν εὑρεθῇ ποτε. Lucian. Alexandro II. p. 252. Ἔδει γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι ὡς ἀσεβῆ. quod comparavit Dorvill. ad Chariton. p. 147. Cicer. ad Attic. XIV. 10. *Itaque* γῆν πρὸ γῆς *cogito.* Auctor nescio quis apud Suid. v. Διαξαίνειν. Ἀλλ' εἴασεν αὐτὸν γῆν πρὸ γῆς ἀπιέναι. et in v. Ἴτω. Ἀλλ' ἴτω, χαιρέτω, γῆν πρὸ γῆς, ὅποι βούλοιτο. Idem in v. Πρὸ γῆς. Ἐγὼ δὲ φεύγω γῆν πρὸ γῆς, φοβούμενος τὸν ἄγριον δεσπότην, ᾧ μᾶλλον ἵππων ἢ ἀνθρώπων

μέλει. Prima pars senarius est; num alius lateat in sequentibus dubito. Abreschius adjicit Aristid. II. p. 320. Alciphron. II. 2. Subauditur vero ἐς ut in ὄζον ἀπ' ὄζον Theocrit. Adoniaz. 122.

706. Ξυνθάλπω. *Demulceo.* vid. supra 610. 671. infra 904.

710. Οὔποτ' ηὔχουν. *Numquam credidi.* αὐχέω proprie est *confidenter dico.* Sic Agam. 508. Οὐ γάρ ποτ' ηὔχουν—μεθέξειν. Suppl. 334. Ἐπεὶ τίς ηὔχει—κέλσειν; Eumen. 554. τὸν οὔποτ' αὐχοῦντ' . . . . λέπαδνον. Eurip. Heraclid. 931. Οὐ γάρ ποτ' ηὔχει χεῖρας ἵξεσθαι σέθεν. Helen. 1635. Οὐκ ἄν ποτ' ηὔχουν οὔτε σ', οὔθ' ἡμᾶς λαθεῖν Μενέλαον. Sophocl. Phil. 869. οὐ γὰρ ἐξηύχουν ποτ' ἄν.

714. Δυσθέατος. supra v. 69.

715. Λῦμα. *Piaculum.* plerumque de *sordibus* dicitur. Sophocl. Aj. 667. Eurip. Hel. 1287. Vid. Spanhem. ad Callim. H. Jov. 16.

716. Ἀμφήκης. *Utrinque acutus. Bipennis.* "Hesych. Ἄμφηκες δὲ, ἐξ ἑκατέρου μέρους ἠκονημένον βέλος· ἢ κεραυνὸς, ἢ ξίφος. Noster infra, v. 1080. Πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος de fulmine." *Butlerus.* Sophocl. Ajac. 286. ἄμφηκες ἔγχος.

717. Ψυχέω. *Frigefacio.* Schutzius advocat Plaut. Pseudol. IV. 7. *Mihi quoque ædepol jamdudum ille Syrus cor perfrigefacit.*

721. Φόβου πλέα. Pers. 602. ἤδη πάντα μὲν φόβου πλέα. Eurip. Med. 265. γυνὴ γὰρ τἄλλα μὲν φόβου πλέα. Supra v. 42. θράσους πλέως. Sic ἀναιδείας πλέαν et πλέον Sophocl. Electr. 607. Eurip. Alcest. 730. Cf. Toup. in Suid. II. p. 443. Archilochus apud Galen. περὶ ἄρθρων. 3. p. 360. καρδίας πλέως. Locum vero, quia medela indiget, integrum adscribam. Οὐ φιλέω μέγαν στρατηγὸν, οὐδὲ διαπεπηγμένος, Ἀλλ' ὅς μοι μακρὸς εἴη καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν Ῥοικοὺς, ἀσφαλέως βεβηκὼς ποσσὶ καρδίας πλέως. Plenius exstat ap. Dion. Chrysost. p. 399. Scholiasta autem Theocriti ad Idyll. IV. 49. citat ἀλλά μοι ῥοικός τις εἴη κατὰ κνήμας ἰδεῖν. Fragmentum sic constituen-

dum videtur, (cum D. Heinsio Lectt. Theocr. p. 323. Hemsterhus. ad Hesych. T. I. p. 95. Valckenaer. Diatrib. p. 253.) Οὐ φιλέω μέγαν στρατηγὸν, οὐδὲ διαπεπλιγμένον, Οὐδὲ βοστρύχοισι γαῦρον, οὐδ' ὑπεξυρημένον, Ἀλλά μοι μικρός τις εἴη καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν Ῥοικὸς, ἀσφαλέως βεβηκὼς ποσσὶ, καρδίας πλέως. Hos versus in dimetros qualescunque disposuit Brunckius, qui etiam in fragmentis Archilocheis 25. 31. 42. senarios iambicos ex optimis tetrametris trochaicis effecit.

725. Ἁνύτομαι. *Consequor.* Choeph. 856. πῶς ἴσον εἰποῦσ' ἀνύσωμαι. Vid. Kidd. ad Dawes. M. C. p. 373.

733. Ἀνηρότους γύας. *Inarata juga.* Quia Scythæ idem fecerunt quod de Numidis narrat Sallustius, "pabulo pecoris magis quam arvo student." Herodot. IV. 19. de Scythis, οὔτε σπείροντες οὐδὲν, οὔτε ἀροῦντες. Erant enim Νομάδες, *pastores.* Vid. Hippocratis locum citatum ad v. 735.

734. Πλεκτός. *Plexus.* Anglice *of Wicker-work.* Theocrit. XXI. 7. στρωσάμενοι βρύον αὖον ὑπὸ πλεκταῖς καλύβαισι.

735. Πεδάρσιος. vid. supra v. 277.

Ibid. Εὔκυκλος. *Bene rotatus.* Hippocrat. de Aer. et Aq. 93. de Scythis; Νομάδες δέ καλεῦνται, ὅτι οὐκ ἔστι σφι οἰκήματα, ἀλλ' ἐν ἁμάξῃσι οἰκεῦνται. αἱ δὲ ἅμαξαί εἰσι, αἱ μὲν ἐλάχισται τετράκυκλοι, αἱ δὲ ἑξάκυκλοι. Sic ἅμαξαι τετράκυκλοι Odyss. I. 240. Herodot. I. 188.

736. Ἐξαρτάω. *Suspendo. Instruo.* τόξοισιν ἐξηρτημένοι pro ὧν τόξα ἐξήρτηνται. Forsan quis suspicetur ἐξηρτυμένοι, ex Herodot. VII. 147. τοῖσί τε ἄλλοισι ἐξηρτυμένοι καὶ σίτῳ. Suidæ tamen edd. ante Kusterianam habent Ἐξηρτημένος παρὰ Ἡροδότῳ, κατεσκευασμένος, ἡτοιμασμένος. Thucyd. VI. 17. ὅπλοις ἐξήρτυνται, ubi duo codd. ἐξήρτηται. sed vid. Abresch.

737. Ἁλίστονος. vid. notam.

738. Χρίμπτω. *Propinquo.* Antiquissima scribendi ratio est

χρίπτω, cui posterior ætas euphoniæ gratia inseruit μ, ut esset χρίμπτω. teste Ruhnkenio ad Timæum, p. 106.

Ibid. Ῥαχία. *Litus scopulosum.* Etymol. M. p. 702, 51. Κυρίως δὲ πᾶς ὁ πετρώδης αἰγιαλὸς ῥαχία καλεῖται. Suidas. Ῥαχίαν οἱ Ἀττικοὶ τὴν ἀκτήν. καὶ τὸν τόπον αὐτὸν, ᾧ προσαράττει τὸ κῦμα. Θουκυδίδης οὕτως· (IV. 10. ubi vid. Duker.) οἱ δὲ Ἴωνες τὴν ἄμπωτιν, τὴν ἀναχώρησιν τῆς θαλάσσης. De potestate literæ ρ syllabam finalem vocis præeuntis brevem producente, confer Gaisford. ad Hephæst. p. 219. qui loca recenset ubi regula, ut hic, negligitur.

739. *Σιδηροτέκτων. *Ferri Artifex.* De constructione λαιᾶς χερός, *læva manu,* vid. Matthiæ. Gr. Gr. §. 378.

741. Πρόσπλαστος. *Qui adiri potest.* pro προσπέλαστος. quare non necesse est ut legamus πρόσπλατοι. Sophocl. ap. Stob. Grot. Floril. p. 27. Ὡς δυσπέλαστόν ἐστιν ἀμαθία κακόν.

742. Ὑβριστής. Dubitatur num in hoc loco Æschylus Araxem fluvium innuat, an Istrum, an Tanaim, an Alazona, an Borysthenem, quod sentit Butlerus, an denique fluvium cui nomen Hybrista, uti credit Schutzius. Eligat sibi lector, pensatis quæ pro suo quisque flumine scripsit. Ego in postremam conjecturam propendeo. Herodot. I. 189. de fluvio Gynde, κάρτα τε δὴ ἐχαλέπαινε τῷ ποταμῷ ὁ Κῦρος τούτῳ ὑβρίσαντι.

746. *Ἀστρογείτων. *Stellis vicinus.*

749. *Στυγάνωρ. *Viros perosus.* confer v. 929.

Ibid. Θεμίσκυρα. Cappadociæ urbs. penultimam producit. Apollon. Rh. II. 370. ἐπὶ δὲ στόμα Θερμώδοντος Κόλπῳ ἐνδιόωντι Θεμισκύρειον ὑπ' ἄκρην Μύρεται.

751. Γνάθος. *Maxilla.* ut apud Virgilium *Tænariæ fauces.* Xenoph. Anab. VII. v. 12. ἀφικνοῦνται, ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸν Πόντον, διὰ τῶν Μελινοφάγων καλουμένων Θρᾳκῶν, εἰς τὸν Σαλμυδησσόν. ἔνθα

τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεουσῶν νεῶν πολλαὶ ὀκέλλουσι καὶ ἐκπίπτουσι. τέναγος γάρ ἐστον ἐπὶ πάμπολυ τῆς θαλάττης. ubi vid. Schneider.

752. Ἐχθρόξενος. *Hospitibus inimicus.* Theb. 621. Eurip. Alcest. 561.

Ibid. Μητρυιά. *Noverca.* ἤτοι ἐχθρὰ καὶ ὀλέθριος. Eustath. ad Iliad. E. p. 560, 19. Hesiod. Ἄλλοτε μητρυιὰ πέλει ἡμέρα, ἄλλοτε μήτηρ. Antipater Anthol. I. lvi. 1. Ὅσσον μητρυιῆς γλυκερωτέρη ἔπλετο μήτηρ, Τόσσον ἀλὸς πολιῆς γαῖα ποθεινοτέρη. Confer Wesseling. Obs. I. 1. p. 4.

754. Στενόπορος. *Angustus.* de freto Euboico Eurip. Iph. Aul. 81. στενόπορ' Αὐλίδος βάθρα.

755. Θρασυσπλάγχνως. *Fortiter.* quippe τὰ σπλάγχνα affectuum sedes putabantur. vid. Eurip. Med. 224. Aristoph. Ran. 843. παῦ', Αἰσχύλε, Καὶ μὴ πρὸς ὀργὴν σπλάγχνα θερμήνῃς κότῳ. ibid. 1006. τὰ σπλάγχν' ἀγανακτεῖ. Cf. Anthol. VI. ix. 4. Contra Theb. 237. κακόσπλαγχνοι dicuntur ignavi; qui ἄσπλαγχνοι apud Sophocl. Ajac. 73.

756. Αὐλών. *Fretum.* Sophocl. Trachin. 101. ποντίους αὐλῶνας. Auctor Rhesi 112. Καίτοι περάσας κοῖλον αὐλώνων βάθος.

758. Ἐπώνυμος. vid. supra ad v. 308. Æschylus *Bosporum Cimmericum* innuit; Scholiasta vero Apollon. Rhod. II. 167. *Bosporum Thracium* ab Ius transitu nominatum fuisse tradit, et recte monet, περὶ τοῦ Βοσπόρου ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς παλαιοῖς διαφόρως λέγεται. vid. Steph. Byz. v. Βόσπορος. Etymol. M. p. 205, 35. Eustath. in Dionys. 140.

766. Προοίμιον. *Proœmium. Præcentio. Antecantamentum.* pro quo dicitur contracte φροίμιον. ab οἴμη *cantus* Hesych. Οἴμη. ᾠδή. ὅθεν προοίμιον τὸ πρὸ τῆς ᾠδῆς. De hoc nomine, pæanibus proprio, vid. Wyttenbach. ad Platon. Phæd. p. 125.

768. Κέκραγα. *Clamo.* præt. med. a κράζω. et pro præsenti usurpatur. Demetr. de Elocut. 49. ὥσπερ γὰρ ὄνομα τραχὺ μέγεθος

ἐργάζεται, οὕτω σύνθεσις. ὀνόματα δὲ τραχέα τό τε κεκραγὼς ἀντὶ τοῦ βοῶν, καὶ τὸ ῥηγνύμενον ἀντὶ τοῦ φερόμενον. Sophocl. Ajac. 1236. Ποίου κέκραγας ἀνδρὸς ὧδ' ὑπέρφρονα; Rufinus Anthol. VII. p. 616. Ἀρνεῖται τὸν ἔρωτα Μελισσιάς, ἀλλὰ τὸ σῶμα Κέκραγ', ὡς βελέων δεξάμενον φαρέτρην, Mireris Ruhnkenium ad Timæum p. 169. citantem Μελησιὰς et κέκραγεν: Μελησίας viri nomen est.

Ibid. *Ἀναμυχθίζομαι. *Ingemisco.* a μυχθίζω, quod verbum non reperi, nisi in Anthol. VII. p. 612. καὶ σιμὰ σεσηρὼς Μυχθίζεις. *per nares sufflas.* hoc vero a μύζω, quod a sono μῦ formatum est; de quo plura ad Eumenidas. Incert. Rhes. 789. κλύω δ', ἐπάρας κρᾶτα, μυχθισμὸν νεκρῶν.

771. Δυσχείμερος. v. 15. Adde Castorion. ap. Athen. X. p. 454. F. Pors. Suppl. Præfat. ad Hecub. Eurip. Telephi fr. I.

Ibid. Ἀτηρός. *Fatalis.* vox poetica: occurrit Eumen. 1005.

772. Eurip. Med. 145. τί δέ μοι ζῆν ἔτι κέρδος; ibid. 795. τί μοι ζῆν κέρδος; Androm. 397. Τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν ἡδύ;

773. Στυφλός. *Asper.* Hesych. Στυφλὸν, ἢ στυφελὸν· τραχὺ, σκληρόν. Schol. Apollon. Rhod. II. 1007. Στυφελήν· τραχεῖαν καὶ σκληράν. οὕτως Κλειτόριοι λέγουσιν, ὥς φησι Ζηνόδοτος ἐν γλώσσαις· Κυρηναῖοι δὲ τὴν χέρσον. τίθεται δὲ ἡ λέξις καὶ ἐπὶ τοῦ χαλεποῦ. Pers. 303. Στυφλοὺς παρ' ἀκτάς. ibid. 965. στυφελοὺς θείνοντας ἐπ' ἀκτάς. Eurip. Bacch. 1135. ὑπὸ στυφλοῖς Πέτραις.

777. Δυσπετῶς. *Difficulter. Ægre.* Δυσπετὴς, ὁ δυσκόλως ὑπείκων, ἤγουν ὁ δυσχερὴς, ᾧ ἐνάντιον ὁ εὐπετὴς, ὁ εὐκόλως ὑπείκων. Schol. ad Sophocl. Ajac. 1046. Rarius est vocabulum. De contrario εὐπετὴς, accuratius agam ad Pers. 96.

786. Συλάω. *Spolio.* Postulat accusativum personæ, et accusativum vel genitivum rei, sed frequentius cum priore construitur: vid. supra 178.

787. Κενόφρων. *Stultus.* Vocabulum a Pindaro, Tyrtæo et Theognide usurpatum.

789. **Ἀσχαλάω.** vid. supra v. 167.

790. **Θέορτος.** *Divinus.* Θέορτον. ἐκ θεοῦ ὁρμώμενον, ἤτοι θεῖον. Schol. B. Formatur ab ὄρω *excito.* Pindar. Ol. II. 67. θεόρτῳ σὺν ὄλβῳ. Photius, Θεόῤῥυτον. ἐκ θεοῦ προϊὸν, ἢ θεόθεν προχεόμενον. Lege Θέορτον· ἐκ θεοῦ προϊόν. Θεόῤῥυτον. θεόθεν προχεόμενον. cf. Hesych. Sic νέορτος componitur a νέος et ὄρω.

793. Stanleius confert Pindar. Isthm. VIII. 67. Πεπρωμένον ἦν φέρτερον γόνον ἄνακτα πατρὸς τεκεῖν. *Meliorem,* id est, *fortiorem.* Homer. Il. Δ. 405. Ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι. Horat. *Tydides melior patre.* Versus Laconici apud Plutarch. de Sui Laud. p. 966. quibus senes, pueri, et juvenes ita contendunt, Ἄμες ποτ' ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι.—Ἄμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάῤῥονες. —Ἄμες δέ γ' εἶμεν· αἰ δὲ λῇς αὐγάσδεο. Hi paullo aliter citantur a Scholiasta in Platon. p. 223. ed Ruhnken.

799. Tredecim generis successores sunt, 1. Epaphus. 2. Libya. 3. Belus. 4. Danaus. 5. Hypermnestra. 6. Abas. 7. Prœtus. 8. Acrisius. 9. Danae. 10. Perseus. 11. Electryon. 12. Alcmena. 13. Hercules.

800. ***Εὐξύμβλητος.** *Facilis conjectura.* quod alibi vocat εὐξύμβολος, Choeph. 168. Suppl. 695. Contra Sophocles dicit ἀξύμβλητον Trachin. 696.

802. **Προτείνω.** *Prætendo. Porrigo.* Euripides apud Stob. Floril. CXII. p. 453. Grot. Μή μοι προτείνων ἐλπίδ', ἐξαίρου δάκρυ. Proprie dicitur de iis, qui pabulum pecori ostentant, ut ad sequendum proliciant; quo sensu frequens προσείω. Utrumque conjungit Plato Phædr. p. 338. C. ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα, θαλλὸν, ἤ τινα καρπὸν προσείοντες, ἄγουσι, σὺ ἐμοὶ λόγους οὕτω προτείνων ἐν βιβλίοις κ. τ. λ.

Ibid. **Εἶτ' ἀποστέρει.** In gratiam tironum loca quædam indicabo, ubi εἶτα vel ἔπειτα, cum participio, ut in hoc versu, construitur. Theb. 267. Κἀμῶν ἀκούσασ' εὐγμάτων, ἔπειτα σὺ Ὀλολυγμὸν

ἱερὰν εὐμενῆ παιάνισον. Agam. 483. πυρωθέντα καρδίαν, ἔπειτ' ἀλλαγᾷ λόγου καμεῖν. Soph. Œd. C. 264. 'Εκ τῶνδ' ἔμ' ἐξάραντες, εἶτ' ἐλαύνετε. 277. Καὶ μὴ θεοὺς τιμῶντες, εἶτα τῶν θεῶν Ὥραν ποιεῖσθε μηδαμῶς. Ajac. 761. ὅστις ἀνθρώπου φύσιν Βλαστὼν, ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ. 1094. Ὃς μηδὲν ὢν γοναῖσιν, εἶθ' ἁμαρτάνει. Antig. 495. Μισῶ γε μέντοι χὤταν ἐν κακοῖσί τις Ἁλοὺς, ἔπειτα τοῦτο καλλύνειν θέλῃ. Eurip. Androm. 667. Suppl. 297. 1002. Idem Phaethonte ap. Longin. I. 15. Τοσαῦτ' ἀκούσας εἶτ' ἔμαρψεν ἡνίας. quod non solicitandum fuit. Adde Aristoph. Vesp. 583. 1067. Pac. 203. 283. Av. 1111. 1628. Γήρᾳ ap. Polluc. IV. 180. Platon. Sympos. p. 200. Interdum εἶτα ante participium ponitur, ut in Aristoph. Nub. 857. Cf. Koen. ad Gregor. p. 62. Hermann. ad Viger. p. 753.

807. Χάριν θέσθαι, vel τίθεσθαι, vel etiam θεῖναι dicitur *gratiam in aliquem conferre*. Eurip. Hecub. 1201. εἴπερ τῷδ' ἐβουλήθης χάριν Θέσθαι. Electr. 61. 'Εξέβαλέ μ' οἴκων, χάριτα τιθεμένη πόσει. Bacch. 720. Χάριν τ' ἄνακτι θῶμεν. Dixit Herodotus VI. 41. δοκέοντες χάριτα μεγάλην καταθήσεσθαι. VII. 178. χάριν ἀθάνατον κατέθεντο. Thucyd. I. 128. εὐεργεσίαν κατέθετο.

808. 'Ατιμάζω. *Vilipendo. Rejicio.* quo sensu usurpatur supra v. 215. Suppl. 390.

809. Γεγώνω. supra v. 201. infra 812. 845.

813. *Πολύδονος. *Multum jactatus.*

814. Δέλτος. *Tabella.* Frequens metaphora: confer Eumen. 276. Choeph. 448. Suppl. 178. Sophocl. Philoct. 1325. et in Triptolemo apud Schol. in Pindar. Ol. X. 2. Θὲς δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους. D. Paul. Ep. Cor. II. iii. 3.

816. *Ἡλιοστιβής. *Per quem Sol incedit.* contra in Theb. 859. Charontis cymbam vocat τὰν ἀστιβῆ 'πόλλωνι, cujus locutionis verba τὰν ἀνάλιον, quæ sequuntur, merum sunt glossema, ideoque furcis extrudenda.

817. **Φλοῖσβος.** *Fremitus.* Vocabulum Homericum. Originem trahit a φλέω, de quo verbo vid. supra ad v. 513.

819. **Φορκίδες.** *Phorcyos* vel *Phorci filiæ.* Hesychius Φορκὶς· μονόφθαλμος. Patronymicum esse videtur a Φόρκος, quæ forma exstat Pindar. Pyth. XII. 24. MS. Apollonii Rhodii a Piersono collatus, IV. 828. et Scholiast. ejus ad IV. 1515. Phorcidum nomina erant Ἐνυώ, Πεφρηδώ et Δεινώ, pro quibus male scribitur in Scholiasta Apollonii Argon. IV. 1515. Ἐντώ, Πεμφρηδώ, Ἰαινώ. vid. Galeum Opusc. Mythol. p. 44. Misc. Obsc. Nov. III. p. 75.

Ibid. **Δηναιαὶ κόραι.** *Vetulæ puellæ.* Nam a nativitate vetulæ fuerunt. Auctor Theogon. 270. Φόρκυϊ δ' αὖ Κητὼ Γραίας τέκε καλλιπάρῃος Ἐκ γενετῆς πολίας. Sic Eumenides vocantur παλαιαὶ παῖδες Eumen. 69.

824. ***Δρακοντόμαλλος.** *Anguicomus.* Statius Theb. I. 344. Gorgona *anguicomam* vocat. μαλλὸς proprie de vellere dicitur.

Ibid. **Γόργονες.** Phorcyos quoque filiæ fuerunt, et nomina habuere Μέδουσα, Σθένουσα vel Σθενώ, et Εὐρυάλη, teste Schol. in Pindar. Palæphat. de Incredib. p. 44. ed. Gale. Eudocia in Villoisoni Anecdot. Græc. I. p. 417.

Ibid. ***Βροτοστυγής.** *Mortalibus invisus.* Choeph. 49. βροτοστυγεῖς δνόφοι.

826. **Φρούριον.** *Cautio præsumenda.* προφύλαγμα. Hesych. plerumque vero *præsidium,* ut in Eurip. Orest. 750.

828. **Ἀκραγής.** *Mutus.* Gryphes, quia Jovis ministri sunt, et canum vice funguntur, sed tamen haud latrant, ἀκραγεῖς κύνες vocantur: sic infra 1057. Διὸς Πτηνὸς κύων, δαφοινὸς αἐτός. Agam. 137. πτανοῖσιν κυσὶ πατρός. Æschylus etiam apud Aristoph. Ran. 1327. ait ἰταμαῖς κυσὶν ἀεροφοίτοις de aquilis. Grammaticus MS. a Ruhnkenio laudatus Epist. Crit. I. p. 93. Τῶν μεταφορῶν αἱ μὲν ἀπὸ εἴδους ἐπὶ εἶδος μεταφέρονται, ὡς τὸν ἀετὸν ἐπὶ τοῦ σκήπτρου τοῦ Διὸς, κύνα

Αἰσχύλος καλεῖ. εἴδη γὰρ ὅ τε κύων καὶ ὁ ἀετὸς τοῦ ζωοῦ. "Sic etiam," inquit Ruhnkenius, "Harpyiæ Jovis canes dicuntur. Apollon. Rhod. II. 289. Ἁρπυίας, μεγάλοιο Διὸς κύνας." Idem Vir doctissimus varios usus τοῦ κύων multiplici sua eruditione illustrat. ἀκραγής autem formatur a κράζω clamo.

830. Ἀριμασπός. Ita dicebatur gens quædam Scythiæ. Herodot. IV. 27. Οὐνομάζομεν αὐτοὺς Σκυθιστὶ Ἀριμασπούς· ἄριμα γὰρ ἓν καλέουσι Σκύθαι, σποῦ δὲ τὸν ὀφθαλμόν. Sed Eustathius ad Dionys. 31. ita scribit. Ἀριμασποὶ, καθὰ Ἡροδότῳ δοκεῖ, ἐκ τοιούτου πάθους καλοῦνται, ὡς οἷον εἰπεῖν μονόφθαλμοι· ἄρι μὲν γὰρ τὸ ἓν Σκυθιστὶ, μασπὸς δὲ ὁ ὀφθαλμός. unde Hartungus Herodotum emendari vult.

Ibid. Ἱπποβάμων. *Equo incedens.* occurrit Suppl. 292.

832. Τηλουρός. vide supra v. 1.

836. Καταβασμός. *Descensus.* Loquitur poeta de Καταδούποις Nili, ubi fluvius iste de montibus præcipitatur. Herodot. II. 17. ὁ γὰρ Νεῖλος, ἀρξάμενος ἐκ τῶν Καταδούπων. Cicer. Somn. Scip. *Sicut ubi Nilus ad ea quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altissimis montibus.* Plin. V. 9. *Vectus aquis properantibus ad locum Æthiopum, qui Catadupi vocantur, novissimo Catarracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragere creditur, sed ruere.* Vid. interpp. ad Hesych. v. Κατάδουπος. Diversus autem erat hic locus a Καταβαθμῷ, prope Libyam sito.

839. Μακρὰν ἀποικίαν. *Distantem coloniam.* non *longam*, uti vertit Stanleius; nisi *longus* eo sensu capiatur quo posuit Horatius 1. Ep. X. 23. *Laudaturque domus, longos quæ prospicit agros.*

841. Ψελλός. *Imperfecte enunciatus.* Quid sit proprie, docebit Hesychius, Ψελλός, ὁ τὸ σίγμα παχύτερον λέγων, Ψελλίζειν. ἀσήμως λαλεῖν. Lex. MS. apud Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 484. Ψελλός. Αἰσχύλος Προμηθεῖ. cetera glossa excidit. ψελλισμός autem dicebatur

κακοφωνία, quæ ex consonantium qualiumcunque concursu aut repetitione exorta est. vid. Eustath. ad Iliad. K. p. 790, 12.

842. Ἐπαναδιπλάζω. *Conduplico.* i. e. *repeto.*

845. Πολυφθόρος. *Multis erroribus vexans.* De φθείρεσθαι, sensu *errandi,* vid. Gloss. in Pers. 457.

854. Γάπεδον. *Campus.* vid. Auctores in notis citatos.

855. * Αἰπύνωτος. *Celsa habens juga.*

860. Προσσαίνω. *Adulor. Blandior.* Proprie de canibus dictum. Pro *detrecto* in Agam. 1670. φῶτα προσσαίνειν κακόν. confer Theb. 385. 704. Choeph. 192. 418. Agam. 727. 791. Pers. 97. Hanc vocem Euripidi restituere voluit Piersonus Verisim. I. 5. p. 71. Androm. 27. Ἐλπίς μ' ἀεὶ προὔσηνε, σωθέντος τέκνου, Ἀλκήν τιν' εὑρεῖν. quæ quidem mutatio ferri non potest, nullum enim verbum est προσαίνω. Ceterum de hoc verbo copiosius egi ad Theb. 379.

Ibid. Οἰστρέω. *Furibunde agito.* vid. supra v. 583.

862. Κόλπον Ῥέας. *Mare Adriaticum.* Phot. Lex. MS. Ῥέας πόντος. ὁ Βόσπορος. ἢ ἐστι καὶ Ἀδρίας. καλεῖται ἀπὸ τοῦ εἰσβάλλοντος πόντου Ἀδρίου. unde corrigendam monet Albertius Hesychii glossam Ῥέας πόρτος.

863. Χειμάζομαι. *Hyemo.* vide supra v. 579.

865. Ἰόνιος. Etymol. M. p. 473, 16. Ἰόνιος κόλπος, ἀπὸ τῆς Ἰοῦς, ὡς Αἰσχύλος. Schol. Apoll. Rh. IV. 308. Ἰόνιον πέλαγος πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ οὕτω καλούμενον ἀπὸ Ἰονίου, ἀνδρὸς Ἰλλυρίου. τινὲς δὲ, ἀπὸ τῆς γενομένης πλάνης τῇ Ἰοῖ. ubi legendum videtur τὸ πρὸς τῇ Ἰ. et mox ἀπὸ τῆς τῇδε γενομένης. Eustathius in Dionys. 92. Λέγεται δὲ Ἰόνιος, ὡς καὶ τῷ Λυκόφρονι (v. 631.) δοκεῖ, καὶ τῷ Αἰσχύλῳ, ἀπὸ τῆς Ἰοῦς. διενήξατο γὰρ ἐκείνη βοῦς γενομένη κἀνταῦθα. οἱ δὲ φασὶν ἀπὸ Ἰάονος, ἀνδρὸς Ἰταλοῦ, ἢ ἀπὸ Ἰονίου, ἀνδρὸς Ἰλλυρικοῦ. pro Ἰάονος Steph. Byz. Ἰόνος. Stanleius monet Ionium mare latius a Poetis

quam a Geographis extendi. Cum nostro consentit Charax in 'Ελληνικοῖς apud Anonymum de Incredib. Galei Opusc. Mythol. p. 106.

872. Πρόσχωμα. *Limi congeries,* quæ ad ostium fluvii paullatim ex alluvione succrescit. Insula triangularis inter Nili ostia nihil aliud fuit quam πρόσχωμα.

874. 'Επαφάω. *Contrecto.* Cyrilli Lex. MS. 'Επαφᾷ. ψηλαφᾷ. ἐπιψαύει. Erotian. p. 26. 'Επαφάσῃ τῷ δακτύλῳ· ἀντὶ τοῦ ἐφάψῃ. Incertus apud Schol. Sophocl. Œd. Col. 1375. ὁ δὲ λαβὼν χερὶ, ῎Εγνω ἐπαφήσας, εἶπέ τ' ἐκ θυμοῦ τάδε. cujus loci indicium Elmsleio debemus.

Ibid. 'Αταρβής. *Qui nullum metum incutit. Placidus.* Moschus II. 50. 'Εν δ' ἦν Ζεὺς, ἐπαφώμενος ἠρέμα χειρὶ θεείῃ Πόρτιος 'Ιναχίης.

877. 'Αρδεύω. *Rigo.* ab ἄρδω. Pers. 806. ἔνθα πεδίον 'Ασωπὸς ῥοαῖς ῎Αρδει.

878. Γέννα πεντηκοντόπαις θηλύσπορος. *Genus e quinquaquinta puellis constans.*

881. 'Ανέψιος. *Patruelis.*

Ibid. 'Επτοημένοι φρένας. *Animos vehementer perculsi,* amore scilicet. Verbum est usitatissimum in rebus hujusmodi, notante Toupio in Longin. X. ad Sapphus locum, τό μοι 'μὰν Καρδίαν ἐν στάθεσιν ἐπτόασεν. Apollon. Rhod. I. 1232. τοῦ δὲ φρένας ἐπτοίησεν Κύπρις. Eurip. Iph. Aul. 586. ῎Ερωτι δ' αὐτὸς ἐπτοάθης. Hesiod. Op. 447. πρὸς ὁμήλικας ἐπτοίησε Θυμός. Callimach. H. Dian. 191. ἧς ποτε Μίνως Πτοιηθεὶς ὑπ' ἔρωτι κατέδραμεν οὔρεα Κρήτης. ubi vide Ernest. Hesych. Πτοιᾶσθαι λέγεται τὸ παρορμᾶσθαι πρὸς τὰ 'Αφροδίσια. Quare docte Dioscorides apud Galen. Lex. Hippocrat. p. 96. ed. H. St. dixit μανικῶς ἐπτοημένον περὶ τὰ ἀφροδίσια. cf. Proclum ad Hesiod. Op. I. p. 31. Contra Plato Phæd. 18. οὐκοῦν καὶ ἡ σωφροσύνη—τὸ περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπτοῆσθαι. Sympos. 25. πτοίησις περὶ τὸ καλόν. Haud multum aliter dicit Persius I. 19. *ingentes trepidare Titos.* De simplici pavore usurpatur in Choeph. 533.

Theognid. 1012. Anacreon. ap. Athen. IX. p. 396. Confer Gataker. in M. Antonin. IV. 19. Harpocrat. v. Ἀγρίους. Schaefer. ad Dionys. Halic. p. 10.

882. Κίρκος. *Accipiter*. Confer Horat. C. I. xxxvii. 17.

884. Φθόνον δὲ, κ. τ. λ. *Sed illarum deus invidebit corpora.* i. e. *non committet, ut iis potiantur Ægypti filii.* Ita vertit Siebelis in Diatrib. ad Pers. p. 118. Aliter Hermannus "*faciet deus invidiam filiabus Danai propter cæsa sponsorum corpora.*" Quæ interpretatio plane falsa est, quia cædes sponsorum nondum narratur: idem vero rectius in Annotat. ad Viger. p. 723. Butlerus tria illa verba Πελασγία δὲ δέξεται parenthesi includit.

887. Αἰών. *Vita.* Hesych. v. Αἰών. Εὐριπίδης Φιλοκτήτῃ αἰῶνα τὴν ψυχὴν λέγει. Homer. Il. X. 58. φίλης αἰῶνος ἀμερθῇς. quem imitatur Simonides Anthol. III. xxiii. 15. Ἦ καὶ Τίμαρχον γλυκερῆς αἰῶνος ἄμερσας. Π. 453. Αὐτὰρ ἐπειδὴ τόν γε λίπῃ ψυχή τε καὶ αἰών. et alibi sæpius.

888. Ἐν σφαγαῖσι. Id est, *in jugulo.* Male Stanleius vertit *cæde tingens.* Eurip. Orest. 285. Μὴ τῆς τεκούσης εἰς σφαγὰς ὦσαι ξίφος. Polyænus VIII. 48. τὸ ξίφος καθεῖσα διὰ τῆς σφαγῆς. Virg. Æn. XII. 357. *dextræ mucronem extorquet, et alte Fulgentem tinguit jugulo.* Horat. Serm. II. iii. 136. *In matris jugulo ferrum tepefecit acutum.* Ovid. Ep. XIV. 5. *Quod manus extimuit jugulo demittere ferrum.* Hactenus Ruhnkenius in Epist. Crit. I. p. 71. quibus adjici potest Antonin. Liberal. 25. Ἐπάταξαν ἑαυτὰς τῇ κερκίδι παρὰ τὴν κλεῖδα, καὶ ἀνέῤῥηξαν τὴν σφαγήν. Petron. Arb. Fragm. p. 679. *Jugulo stat divite ferrum.* Galenus in Isagoge τὰς σφαγὰς inter τὰς κατακλεῖδας ponit.

Ibid. Βάπτω. *Tingo.* Sophocl. Aj. 95. ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ. Vid. Porson. ad Eurip. Phœn. 1594.

891. Ἀπαμβλύνω. *Hebeto. Obtundo.* ab ἀμβλὺς *hebes.* Theb. 715. Τεθηγμένον τοί μ' οὐκ ἀπαμβλύνεις λόγῳ. Ibid. 844.

Καὶ θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται. Pindar. Pyth. I. 160. Ἀπὸ γὰρ κόρος ἀμβλύνει. Sophocl. Œd. T. 688. Τοὐμὸν παριεὶς καὶ καταμβλύνων κέαρ.

893. Ἄναλκις. *Imbellis.* In Agam. 1248. Ægisthum vocat Casandra λέοντ' ἄναλκιν. Pindar Ol. I. 129. Ὁ μέγας δὲ κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει.

894. Τορῶς. vid supra v. 626.

902. Ἐλελεῦ. Suidas, Ἐλελεῦ. ἐπίφθεγμα πολεμικὸν τὸ ἐλελεῦ. καὶ γὰρ οἱ προσιόντες εἰς πόλεμον τὸ ἐλελεῦ ἐφώνουν μετά τινος ἐμμέλους κινήσεως. Vid. Zeune. ad Xenoph. Anab. p. 74. Ab hac exclamatione *Eleleïdes* dicuntur Bacchæ, Ovid. Heroïd. IV. 47.

903. Σφάκελος. *Dolor quivis acutus.* proprie significat morbum acutum, qui spinam dorsi, vel medullam, vel cerebrum afficit. Galen. Lex. Hippocrat. Σφάκελος. φθορὰ πᾶσα καθ' ὃν ἂν γίγνηται τρόπον. Lexicon Rhetor. MS. apud Ruhnken. ad Timæum p. 123. Σφάκελος. οἱ μὲν σπασμόν· οἱ δὲ ἀπόστημα· οἱ δὲ τὴν σῆψιν. Apud Heliodor. VIII. p. 379. notante Valckenaerio Anim. ad Ammon. p. 221. ex venenata potione pessima mulier σπασμοῖς τε καὶ σφακελισμοῖς ὀξυτάτοις ἐπιέζετο. Schol. Oppian. Hal. II. 585. σφακελισμός. (l. σφάκελος.) ἡ σῆψις τοῦ μυελοῦ, ὁ σπασμὸς, ὁ παλμὸς, ὁ σφυγμος, ἡ τῶν ὀστῶν σῆψις, καὶ ὁ μέσος τῆς χειρὸς δάκτυλος. quæ habent etiam Photius et Suidas. Herodot. VI. 136. σφακελίσαντός τε τοῦ μηροῦ καὶ σαπέντος. Cf. Ælian. ap. Suid. v. Σφακελισμός. vid. infra 1081. Eurip. Hippol. 1353. Κατὰ δ' ἐγκέφαλον πηδᾷ σφάκελος. Epicharmus Grot. Excerpt. p. 481. πέδια τε καὶ σφάκελοι. Athen. II. p. 36. D. habet πέδαι τε καὶ σφάκελος. Lex. Seguier. p. 433. ed. Bekker. et Suidas, Ἀπορεῖν καὶ σφακελίζειν τῷ δεινῷ. τὸ μὲν σφακελίζειν φλεγμαίνειν ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο σπᾶσθαι. Κρατῖνος. Herodot. IV. 29. ἵπποι ἐν κρυμῷ ἑστεῶτες ἀποσφακελίζουσι.

Ibid. * Φρενοπληγής. *Phreneticus.* activo sensu. Passive infra v. 1090. dicit φρενόπληκτος.

904. Θάλπω. *Calefacio.* hæc primaria significatio; unde θάλπος *solis ardor.* hinc autem *emolliendi* notionem habuit. Hesych.

Θάλπω. θερμαίνω, παραμυθοῦμαι. Sophocl. Trachin. 1084. Ἔθαλψεν ἄτης σπασμὸς ἀρτίως. Electr. 887. εἰς τί μοι Βλέψασα, θάλπει τῷδ' ἀνηκέστῳ πυρί;

Ibid. Ἄρδις. *Aculeus.* Hesych. Ἄρδις· ἀκίς. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ. Lycophr. 64. ἄρδισιν τετρωμένου. Herodot. I. 86. ὅσα μὲν γὰρ ἐς αἰχμὰς καὶ ἄρδεις καὶ σαγάρεις, χαλκῷ τὰ πάντα χρέωνται. ubi vid. Wesseling. p. 101. Etymol. M. p. 137, 49. Ἄρδις, ἡ ἀκὴ τοῦ βέλους. Καλλίμαχος (Fr. CXXXII.) ἀλλ' ἀπὸ τόξου Αὐτὸς ὁ τοξευτὴς ἄρδιν ἔχων ἑτέραν. Sylburgius et Bentleius corrigunt ἐπὶ τόξου.

905. Χρίω. *Pungo.* vid. supra ad v. 583.

Ibid. Ἄπυρος. *Ardentissimus.* πολύπυρος. Schol. In quibusdam vocibus α intensionis potestatem habet, et a grammaticis dicitur ἐπίτασιν δηλοῦν. Sic ἀδάκρυτος pro πολυδάκρυτος ponitur in Sophocl. Trachin. 106. Antig. 881. ἀξύλῳ ὕλῃ Homer. Il. Δ. 135. Multa congessit Valcken. in Theocrit. Adoniaz. p. 214. quibus adjici meretur Erotiani locus, p. 17, 4. Ἀσήμοις τόποις· κάτ' ἀντίφρασιν, πολυσήμοις· ὡς καὶ ἀγαλάκτοις πολυγαλάκτοις· καὶ ἀξύλῳ ὕλῃ. Ἄπυρος pro *sine igne* ponitur Agam. 71. et nescio an in hoc loco eundem sensum gerat, *aculeus sine igne.* Valckenaerii exempla aliter explicuit Kiddius (*Crit. Review* LXXXVIII. p. 129.) cui assentior: idem etiam sensisse videtur Porphyrius Quæst. Homer. p. 49. B. ed. Argentor.

906. Φρήν. In hoc loco *Diaphragma* significat; quod bene monuit Butlerus. Schol. Venet. Sophocl. Trach. 933. πλευρὰν ὑφ' ἧπαρ καὶ φρένας πεπληγμένην. Pindar. Nem. VII. 38. ὁ κάρτερος Αἴας ἔπαξε διὰ φρενῶν λευρὸν ξίφος. Sic interpretandus videtur Iliad. X. 475. ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο, καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη. Ceterum cum hoc loco comparandus est Iliad. X. 451. ἐν δ' ἐμοὶ αὐτῇ Στήθεσι πάλλεται ἦτορ ἀνὰ στόμα. Shakspear. Macb. I. 3. ubi locus est gemellus. ad Il. Λ. 578. φρένας δὲ ὁ ποιητὴς καὶ πάντες οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν τὸ διάφραγμα. Pollux II. iv. 45. τὸ διάφραγμα, ὃ καλοῦσι φρένας. Eustath. ad Il. Λ. p. 863, 61. φρένες-τι σπλάγχνον, ὅπερ διάφραγμα οἱ περὶ Πλάτωνα πρῶτον ὠνόμασαν.

907. *Τροχοδινέω. *Roto.* Similis vox est στροφοδινέω Agam. 51. *Ἑλίγδην. *Volutim.*

909. Μάργος. *Vesanus. Avidus.* Suppl. 737. Ἐξώλές ἐστι μάργον Αἰγύπτου γένος. Homer. Od. Ψ. 11. μάργην σε θεοὶ θέσαν. Pindar. Ol. II. 175. μάργων ὑπ᾽ ἀνδρῶν. Theognis 581. Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον, ἄνδρα τε μάργον. vide Phrynichi locum citatum ad v. δάπτω v. 376. Herodot. VI. 75. κατελθόντα δὲ αὐτὸν, αὐτίκα ὑπέλαβε μανίη νοῦσος, ἐόντα καὶ πρότερον ὑπομαργότερον. Accentus incertus est, teste Eustathio ad Iliad. E. p. 617, 33.

Ibid. Γλώσσης ἀκράτης. *Linguæ incontinens.* Sic ἀκρατὴς χειρῶν. ὁ κλέπτης. Phrynich. App. Soph. p. 28. Contra apud Theognid. 480. γλώσσης καρτερός. Lucret. III. 454. *Claudicat ingenium, delirat lingua.* Paullo aliter Hippocrates Aphor. VII. 40. ἢν ἡ γλῶσσα ἐξαίφνης ἀκράτης γένηται, ἢ ἀπόπληκτόν τι τοῦ σώματος, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον γίγνεται. Chares ap. Stob. XXXIII. p. 139. Grot. dixit γλώσσης κρατεῖν et Sophocl. El. 1175.

910. Θολερός. *Turbidus. Confusus.* Hesych. Θολερόν· ταραχῶδες, ἀκάθαρτον, βορβορῶδες, τεταραγμένον. Etymol. M. p. 453, 28. Θολερός. παρὰ τὸ θολὸν, θολερός. θολὸς δέ ἐστι τὸ μέλαν τῆς σηπίας· ἐξ οὗ καὶ ῥῆμα θολῶ. (Eurip. Alcest. 1067. Pherecrates ap. Etym. M. p. 750, 10.) θολός *sepiæ atramentum.* In Eurip. Suppl. 222. opponuntur θολερός et λαμπρός. θολερός et καθαρός opponuntur Herodot. IV. 53. ubi vid. Valckenaer.

Ibid. Εἰκῇ. vid. supra v. 459.

915. Διαμυθολογέω. *Dissero.* Plato Phæd. 16. ἢ περὶ αὐτῶν τούτων βούλει διαμυθολογῶμεν, εἴτε εἰκὸς οὕτως ἔχειν, εἴτε μή. Apol. Socrat. 31. οὐδὲν γὰρ κωλύει διαμυθολογῆσαι πρὸς ἀλλήλους, ἕως ἔξεστι.

916. Κηδεῦσαι καθ᾽ ἑαυτόν. *Affinitatem contrahere sibi comparem.*

919. Διαθρύπτομαι. *Mollitie frangor.* a θρύπτω *flecto* vel

frango. Xenophon Mem. I. ii. 25. διατεθρυμμένῳ δὲ ὑπὸ πολλῶν ἀνθρώπων. Sed hic usus paullo recentior. Sensus, quo Æschylus et Nicostratus hanc vocem usurpant, accuratissime a nobis Anglis exprimeretur, *To give one's self airs.* Perdocte Theocritus in Adoniaz. 99. de femina cantum inceptura, Φθεγξεῖταί τι, σάφ' οἶδα, καλόν· διαθρύπτεται ἤδη, quem locum, quum vim hujus vocis διαθρύπτεται non assecuti sint interpretes, male verterunt, *jam præludiis ad cantandum se parat.* Sensus est, *corpus ad cantandum delicate componit,* vel, ut nos diceremus, *already she draws herself up.* Id. III. 36. ἐπεί τύ μοι ἐνδιαθρύπτῃ. Egregie huc facit Schol. Gregor. Nazianz. ad Stelit. II. p. 107. Θρύπτεσθαι, τὸ ἄνευ φωνῆς καὶ τέχνης ἀκκίζεσθαί τε καὶ κατακλᾶσθαι τοῖς τοῦ σώματος μέλεσι. Phrynich. App. Soph. p. 43, 14. Θρύπτεσθαι. ὡραΐζεσθαι. ἄμφω Εὔπολις. Ὡραιζομένη καὶ θρυπτομένη.

922. Χερνήτης. *Qui manuum labore victum quærit.* Χερνῆτις proprie dicitur femina, quæ χειρὶ νήθει, teste Eustathio ad Il. M. p. 912, 38. quæ lanificio victum quærit. Homer. Il. M. 433. γυνὴ χερνῆτις, quod Virgilius ita reddit, *femina — Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva.* Terent. Andr. I. i. 48. *vitam parce ac duriter Agebat, lana ac tela victum quæritans.* Archias in Anthol. VI. viii. 10. de tribus lanificis, Οἷς ἔσχον χέρνητα βίον δηναιόν, Ἀθάνα Πότνια, ταῦθ' αἱ σαὶ σοὶ θέσαν ἐργάτιδες. Masculino genere dicitur χέρνης vel χερνήτης. Eurip. El. 207. ἐν χέρνησι δόμοις ναίω.

Ibid. *Ἐραστεύω. *Appeto.* Verbum alibi vidisse non memini: formatur autem ab ἐραστής, ut ληστεύω a ληστής, μνηστεύω a μνηστής, et similia.

927. Πελάω. *Appropinquare facio.* vide notam, et Toup. in Suid. II. p. 521. Brunck. ad Aristoph. Acharn. 132. πελαθῆναι proprie dicitur viro femina: unde ἐμπελάτειρα γυνή *concubina* ap. Callimachum fr. CLXX. et πλατίς, vox Laconica, uxorem significans in Aristophanis loco. Sophocl. Phil. 677. τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ τοῦ Διὸς Ἰξίονα. Œd. T. 1100. Πανὸς ὀρεσσιβάτα προσπελασθεῖσα.

929. Ταρβέω. *Exhorreo.* infra 968. 996.

929. *Ἀστεργάνωρ. *Viros non amans.* supra dixerat paullo fortius στυγάνωρ.

932. Δάπτω. *Vexo.* proprie *Voro.* vide supra ad v. 446.

933. Ἀλάτεια. *Erratio.* ab ἀλάω *vagor.* quæ vox occurrit Iliad. K. 141. unde ἄλαος.

936. Κρείσσονες. *Superi.* vide notam.

940. Exempla hujus formulæ ἀπορηματικῆς, ut aiunt Grammatici, τί γένωμαι, quæras apud notas in Thom. M. p. 858. ed Bernard. cf. Theb. 196. Eumen. 787.

943. Ἦ μήν. *Nihilominus tamen.* vid. supr. 73. Eurip. Alcest. 64. 692. Iph. A. 475.

944. Ἐξαρτύομαι. *Paro.* vid. supra v. 736.

946. Ἄϊστος. *Amotus.* proprie *ignotus.* vid. supra 157. Pers. 812. Agam. 468. 529. Eumen. 568. Suppl. 878. In Agam. 414. pro ἄδιστος, suspicor ἄϊστος. Eurip. Troad. 1321. ἄϊστον οἴκων ἐμῶν με θήσει.

948. Δηναιός. *Antiquus.* occurrit supra 819. Callim. H. in Jov. 60. Theocrit. XVI. 54.

952. Πεδάρσιος. *Sublimis.* vid. supra 735.

Ibid. Κτύπος. *Ictus,* vel *Sonitus.* Hesych. Κτύπος· ψόφος, βροντή. Cf. v. 959.

953. Πιστός. *Confidens.* Adi notas; quibus adjicias Thucyd. III. 30. ἀνέλπιστοι, *non exspectantes.* Sic ἄπιστος activo sensu adhibuit Anaxilas Athenæi II. p. 63. B. Ἀπιστότερος εἶ τῶν κοχλιῶν πολλῷ πάνυ, Οἳ περιφέρουσ' ὑπ' ἀπιστίας τὰς οἰκίας. cf. Thucyd. I. 68.

Ibid. Πύρπνοος. *Ignem spirans.* Exempla quæras in notis.

Suspicio mihi animo hæret, hanc vocem Euripidi reddendam esse, Suppl. 640. Ὃν Ζεὺς κεραυνῷ πυρπόλῳ καταιθαλοῖ. Lego πυρπνόῳ. Pindar. ap. Plutarch. Sympos. p. 1092. πῦρ πνέων κεραυνός. Sophocl. Antig. 1146. Ἰὼ πῦρ πνειόντων χοράγ' ἄστρων.

958. **Κρείσσων.** vide supra ad v. 793. de φέρτερος. In hoc sensu frequentissimum est.

960. Sophocl. Trachin. 501. Ποσειδάωνα τινάκτορα γαίας.

961. **Αἰχμή.** *Telum.* Oppian. Halieut. Γ. 553. Αἰχμῇ τριγλώχινι πεπαρμένος. ubi frustra ῥιπῇ reponit V. D. Misc. Obs. IV. p. 205. Vid. supra v. 418.

964. **Θήν.** *Sane.* Sæpius apud Homerum occurrit. Sophron. ap. Plutarch. de EI in Delph. p. 687. Ὄμα τέκνων θὴν δευόμενος.

Ibid. **Ἐπιγλωσσάομαι.** *Effutio adversus aliquem.* Hesych. Ἐπιγλωσσώμεναι· ἐπιλαλοῦσαι. Ἐπιγλωσσῶ· ἐποιωνίζου διὰ γλώττης. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις. Scholiasta noster, ἐποιωνίζῃ κατὰ τοῦ Διὸς ἃ βούλῃ γενέσθαι αὐτῷ. Choeph. 1043. μήτ' ἐπιγλωσσῶ κακά. Aristoph. Lysistr. 37. Περὶ τῶν Ἀθηνῶν οὐκ ἐπιγλωττήσομαι Τοιοῦτον οὐδέν.

967. **Δύσλοφος.** *Vix tolerabilis.* vide supra ad v. 27. Theognis 1018. Οὔποτε τοῖς ἐχθροῖσιν ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσω Δύσλοφον.

968. **Ἐκρίπτων.** vide supra v. 319.

972. **Ἀδράστεια.** Eadem fuit ac Νέμεσις, temperantiæ Dea. " Ad vitandam invidiam Græci solebant dicere, προσκυνῶ τὴν Νέμεσιν. Demosth. adv. Aristogit. I. p. 495. Καὶ Ἀδράστειαν μὲν ἄνθρωπος ὢν ἔγωγε προσκυνῶ. Plato de Rep. V. Προσκυνῶ δὲ Ἀδράστειαν, ὦ Γλαύκων, χάριν οὗ μέλλω λέγειν." Giacomellius. (Sophocl. Phil. 776. τὸν φθόνον δὲ πρόσκυσον.) Auctor. Rhesi 468. σὺν δ' Ἀδραστείᾳ λέγω. Alciphron Ep. I. 33. προσκυνῶ δὲ τὴν Νέμεσιν. De nominis origine varia tradunt Grammatici. Antimachus (apud Strabon. XIII. p. 588. Harpocrat. et Suid. in v. Eustath. ad Il. B. p. 355, 12. M. Apostol. I. 40.) tradit Nemesin ita nominatam fuisse, quia primus in honorem

ejus aram dedicaverat Adrastus. Antimachi versus hi sunt, Ἔστι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεὸς, ἣ τάδε πάντα Πρὸς μακάρων ἔλαχεν, βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος Ἄδρηστος ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο, Ἔνθα τετίμηταί τε καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται. Hus respicit Callimachus apud Schol. Apoll. Rhod. I. 1116. Ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν ἐν Ὑπομνήμασι, Νέμεσιν εἶναι τὴν τὸ πεδίον κατέχουσαν. (sc. campum Adrasteæ). subjungit Scholiasta, ἔστι δὲ καὶ πόλις καλουμένη Ἀδρήστεια ἀπὸ τοῦ ἱδρυσαμένου. Demetrius vero ὁ Σκήψιος, apud Suidam, Ἀρτεμίν φησιν εἶναι τὴν Ἀδράστειαν, ὑπὸ Ἀδράστου τινὸς ἱδρυμένην, ita enim Suidas et Harpocration ex M. Apostolio corrigendi sunt. Alia insistit via Cornutus De Nat. Deor. 13. qui Atropon et Adrasteam unam esse ait; Αὕτη δέ (sc. ἡ Ἄτροπος) ἐστι καὶ Ἀδράστεια· ἤτοι παρὰ τὸ ἄφυκτος καὶ ἀναπόδραστος εἶναι ὠνομασμένη, ἢ παρὰ τὸ ἀεὶ δρᾶν τὰ. κατ' αὐτὴν, ὡσανεὶ ἀειδράστεια οὖσα. quoad postrema, satis absurde. Priora desumsit ex Aristotele de Mundo p. 475. G. Stob. Ecl. I. p. 190. ed. Heeren. Eadem habet Scholiasta Platonis ed. Ruhnken. p. 161. Hesych. Ἀδραστία. ἡ Νέμεσις, ἣν οὐκ ἄν τις ἀποδράσειεν. Hermias in Comm. MS. in Platonis Phædrum apud Hermann. ad Orphica p. 506. Ἀδράστεια κεκλημένη, διὰ τὸ τὰ ὑπ' αὐτῆς τεθέντα καὶ νομοθετηθέντα ἀναπόδραστα εἶναι. uti nomen intellexit Sophista nescio quis apud Suid. v. Διονυσίων σκωμμάτων. Θεοῦ ὅπιν οὐκ ἀλέγων, οὐδὲ κατεπτηχὼς Ἀδράστειαν ἄφυκτον. unde partem hexametri et hexametrum integrum facili mutatione quis effinxerit.

973. Θώπτω. *Blandior. Assentor.* i. q. θωπεύω Eurip. Med. 369. a θὼψ, κόλαξ, ὁ μετὰ θαυμασμοῦ ἐγκωμιαστής. Hesych. Idem, Θώψεις. θωπεύσεις. Αἰσχύλος Σισύφῳ πετροκυλίστῃ. Eurip. in Syleo, θῶπ' ἀπαντῆσαι λόγον. θῶπας λόγους apud Platon. Theætet. p. 128. E. Læmar. Scholiasta Ruhnkenii p. 26. per ἀπατηλοὺς explicat. Timæus p. 145. Θῶπες. οἱ μετὰ ψεύδους καὶ θαυμασμοῦ τινὶ προσιόντες ἐπὶ κολακείᾳ. Cf. Wesseling. ad Herodot. p. 238. θωπεύειν bono sensu *mulcendi* posuit Plato Crit. 12.

Ibid. Τὸν κρατοῦντ' ἀεί. Optime reddidit Butlerus *Unumquemque regnantem.* Anglice, *Whoever happens to be in power.* Eurip. Orest. 879. ὑπὸ τοῖς δυναμένοισιν ὢν ἀεί. Hæc vis τοῦ Ἀεὶ quum

apud scriptores Atticos, præsertim oratores, frequentissima sit, sæpius tamen minus perspecta interpretes in errorem duxit. Thucyd. I. 2. βιαζόμενοι ὑπὸ τῶν ἀεὶ πλειόνων. II. 11. ἀπὸ θεραπείας τῶν ἀεὶ προεστώτων. Eurip. Hecub. 1164. ὁ δ' ἀεὶ ξυντυχὼν ἐφίσταται. Cf. Valcken. ad Herodot. II. 98. ad Theocrit. Adoniaz. p. 272. Koen. ad Gregor. p. 80. Toup. ad Longin. 44. Schweighaeuser. Lex. Polyb. p. 11.

974. Ἔλασσον ἢ μηδέν. Confer infra v. 1049. Plato in Theætet. 27. p. 163. ed. Fischer. τὸ δὲ ἐπιμεῖναι ἐπὶ λόγῳ καὶ ἐρωτήματι, καὶ ἡσύχως ἐν μέρει ἀποκρίνασθαι καὶ ἐρέσθαι, ἧττον αὐτοῖς ἔνι ἢ τὸ μηδέν.

975. Δαρόν. *Diu.* Una est e vocibus quæ apud Tragicos Doricam formam retinuerunt.

977. Τρόχις. *Nuncius. Cursor.* ἄγγελος, ἀκόλουθος. Hesych. Oppian. Halieut. II. 634. Verteris autem τόνδε, *præsto.* ὅδε et casus ejus pro ὧδε sæpissime ponuntur, quod pene persensit Abresch. ad Æschyl. p. 299. vid. Theb. 371. 861. Pers. 150. 247. Agam. 495. Choeph. 729. Sophocl. Œd. Col. 549. 723. 1106. 1249. 1253. Antig. 155. 526. 626. 1257. Eurip. Orest. 342. 1010. 1565. Phœniss. 453. 1328. Hippol. 51. 170. 913. Alcest. 522. 1006. Androm. 494. 543. 880. 1167. 1231. Heraclid. 49. Schaefer. Melet. Crit. p. 77. Locus præ ceteris notabilis est Oed. Col. 31. χὤτι σοι λέγειν Εὔκαιρόν ἐστιν, ἔννεφ', ὡς ἀνὴρ ὅδε.

980. Σοφιστής. vide supra 62.

Ibid. *Ὑπέρπικρος. *Supra modum acerbus.* Homer. Iliad. Z. 97. ἢ μὲν δὴ λώβη τάδε γ' ἔσσεται αἰνόθεν αἰνῶς.

985. Confer supra v. 631.

986. Αὔθ' ἕκαστα. *Omnia sigillatim.* Phrynich. App. Soph. p. 17. τὸ τὰ κυριώτατα διὰ βραχέων καὶ τὰ ἀναγκαιότατα λέγειν, μὴ κύκλῳ βαδίζοντα καὶ περιτρέχοντα, αὐθέκαστα λέγειν ἐκάλεσαν οἱ ἀρχαῖοι. Μένανδρος ἐπὶ τοῦ πικροῦ καὶ ἀηδοῦς τέθεικε τὴν λέξιν. Πικροῦ

γέροντος, αὐθεκάστου τὸν τρόπον. (*very particular*) αὐτὰ ἕκαστα proprie *ipsa quæque*, ut in singulari numero apud Herodot. VII. 19. θέλων αὐτὸς ἕκαστος τὰ προκείμενα δῶρα λαβεῖν. VIII. 123. αὐτὸς ἕκαστος δοκέων ἄριστος γενέσθαι. vid. Valcken. ad Phœniss. 497.

989. *Σεμνόστομος. *Grandiloquus.* σεμνομυθεῖν vel σεμνολογεῖν *magnifice loqui.* ὡς θεῶν ὑπηρέτου. Angl. *considering that it comes from a servant.* vid. 1019.

992. Πέργαμα. vide notas. Schol. in Platon. ed. Ruhnken. p. 60. Πέργαμα, τὰ ὑψηλά. Sophocl. Phil. 350.

994. Κοιρανέω. supra 49. δισσούς, i. e. Ophiona et Saturnum, inquit Scholiasta.

996. Ταρβέω. conf. 929. Ὑποπτήσσω vide supra 29.

997. Πολλοῦ γε καὶ τοῦ παντὸς ἐλλείπω. vid. 1042. Non absimilis est proverbialis locutio ὅλῳ καὶ παντὶ διαφέρειν, de qua Scholiasta Platonis ed. Ruhnken. p. 165. Demosth. de Coron. 15. πολλοῦ γε καὶ δεῖ.

998. Ἐγκονέω. *Festino.* "De iis dicitur, qui currendo κόνεως πληροῦνται. Aristoph. Acharn. 1087. ut hic Æschylus, Ἀλλ' ἐγκόνει." Giacom. Sophocl. Trachin. 1257. Ἄγ', ἐγκονεῖτ' αἴρεσθε. Eurip. Hecub. 511. Σπεύδωμεν, ἐγκονῶμεν. Herc. F. 521. Ἴτ', ἐγκονεῖτε. quod habet quoque Aristoph. Plut. 255.

1000. Αὐθάδισμα. vide supra 64. et Hemsterhusii notam ad Thom. M. v. ἀπαυθαδίζομαι.

1001. Καθορμίζω. *Navem ad portum appello.* Sic μεθορμίζω *navem ex hoc in portu illum duco.* Utrumque metaphorice usurpatur.

1002. Λάτρεια. *Ministerium.* Hesych. Λατρεύει. ἐλεύθερος ὢν δουλεύει. Athen. VI. p. 264. B. de πενέσταις—καὶ Εὐριπίδης ἐν Φρίξῳ λάτριας αὐτοὺς ὀνομάζει διὰ τούτων· Λάτρις πενέστης ἀμὸς ἀρ-

χαίων δόμων. ubi legendum Λάτρης. Noster Suppl. 1008. οἰκεῖν λατρῶν ἄτερθεν. Ab antiquo verbo λάω *capio* seu *volo*, formata sunt λάβω, λάζω, λάτρον, *merces*, ap. Callimach. fr. CCXXXVIII. ubi omnino videndus Ruhnkenius. Hinc Latinorum *Latro* ducunt Grammatici, quam tamen vocem potius crediderim a *lateo* profluxisse.

1007. Χλιδάω. *Memet oblecto.* vid. supra ad v. 445.

Ibid. Πράγματα. *Molestiæ.* Suid. Πράγματα. ἐπὶ κακῷ χρῶνται τῇ λέξει οἱ παλαιοί. καὶ Μένανδρος· Ἐν πράγμασιν, ἐν μάχαις. et mox Πράγματα. κακοπάθειαι.

1010. Ἐπαιτιάομαι. *Inculpo.* plerumque cum accusativo personæ et genitivo rei construitur, notante Valcken. ad Phœniss. 632.

1011. Ἁπλῷ λόγῳ. vid. supra v. 46.

1018. Καὶ μήν. *Et tamen.* καὶ μήν· καὶ ἔτι Hesych. Sæpissime sequitur γε ut in hoc loco, infra 1021. Theb. 245. Pers. 260. Sophocl. Antig. 221. In Eurip. Suppl. v. 393. male editur, etiam post Gaisfordii curas, Καὶ μὴν ἑκοῦσά τ' ἀσμένη τ' ἐδέξατο. Certissime repono Καὶ μὴν ἑκοῦσά γ' ut in vv. 442. 697. 925. ejusdem fabulæ. Hippol. 876. Alexis Athenæi II. p. 49. E. Καὶ μὴν ἐν ὕπνῳ οἴομαι ὡρακέναι Νικητήριον. Lege Καὶ μὴν ἐνυπνίῳ γ' ᾠόμην ἑορακέναι Νικητήριον.

1021. Ironice dictum. *Imo certe, Jovi adeo sum obstrictus, ut gratiam ei rependam.*

1022. Κερτομέω. *Cavillor.* Etymol. M. p. 306, 33. Κέρτομος, ὁ χλευαστής, ὁ τὸ κέαρ τέμνων τῶν ἀκουόντων. eadem fere Eustath. ad Il. B. 214, 34. sed nimis longe petita sunt. Cf. Theocrit. XX. 2.

Ibid. Δῆθεν. vide supra 210. Scholiasta B. παῖδα interpretatur δοῦλον. cui favet Aristoph. Av. 1244. πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα Ταυτὶ λέγοντα μορμολύττεσθαι δοκεῖς; Cf. Eurip. Orest. 1520. Sed præstat intelligere *puerum*. Agam. 278. παιδὸς νέας ὣς κάρτ' ἐμωμήσω φρένας.

481. τίς ὧδε παιδνὸς, ἢ φρενῶν κεκομμένος-; Homer. Il. Γ. 201. Πηλείδη, μὴ δή με Fέπεσσί γε, νηπύτιον ὣς Fέλπεο δειδίξεσθαι. Plato Crit. 6. οὐδ' ἂν πλείω τῶν νῦν παρόντων ἡ τῶν πολλῶν δύναμις ὥσπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττηται.

1026. Γεγωνέω. supra 200.

1027. Χαλάω. supra 183.

1028. Αἰθαλόεις. *Candens.* Solitum fulguris epitheton. Eurip. Phœniss. 189. κεραύνιόν τε πῦρ αἰθαλόεν. ab αἴθαλος, ibid. 905.

1029. Βρόντημα χθόνιον. *Tonitru subterraneum*, quale in terræ motu auditur. Sophocl. Œd. Col. 1606. Ζεὺς ἐκτύπησε χθόνιος. (Sic legendum videtur: vel χθόνιον. vulgo κτύπησε μὲν Ζεύς.) ubi Scholiasta, οἷον μύκημα ἐγένετο καὶ ἐσείσθη ἡ γῆ. Eurip. Hippol. 1217. χθόνιος ὡς βροντὴ Διός. Aristoph. Av. 1750. Ὦ χθόνιαι βαρυαχέες ὀμβροφόροι θ' ἅμα βρονταὶ, Αἷς ὅδε νῦν χθόνα σείει. Noster in Hedonis ap. Athen. XI. p. 479. ὥσθ' ὑπογείου βροντῆς.

1030. Κυκάω. *Misceo.* κυκᾷν proprie est ταράττειν τὰ ἄλφιτα, teste Photio. Rarius apud Tragicos occurrit. Sophocl. Electr. 733.

1031. Γνάμπτω. *Flecto.* De hac voce consulendi Wass. et Duker. ad Thucyd. III. 58.

1035. Τολμάω. *Sustineo. Volo.* sensu paullo reconditiore; ut in Eurip. Suppl. 882. ubi Marklandus confert Soph. Electr. 1050. οὔτε γὰρ σὺ τἄμ' ἔπη Τολμᾷς ἐπαινεῖν, οὔτ' ἐγὼ τοὺς σοὺς τρόπους. Adde Eurip. Hippol. 481. Τόλμα δ' ἐρῶσα. Cf. Alcest. 1120. Sappho ap. Longin. Π. Υ. 11. Ἀλλὰ πᾶν τολματόν.

1036. Πρός. *Secundum.* Angl. *in consideration of.* Eurip. Hipp. 698. 872. ed. Monk. Iph. A. 1343. Hel. 328. Sophocl. El. 155. Thucyd. I. 140. IV. 39.

1037. Morellus et Butlerus, post M. Apostol. XV. 58. et Gata-

ker. in M. Antonin. IV. p. 177, 2. ita vertunt; "Tu mihi, velut fluctus, molestus es persuadendo." Melior, credo, interpretatio vulgata; "Frustra me ut fluctum sollicitas, suadere conatus." Optima vero Elmsleii, "Molestus es, frustra me velut fluctum suadere conatus." interpungit scilicet post ὀχλεῖς, cui omnino assentior: vide eum ad Sophocl. Œd. T. 445.

1039. * Θηλύνους. *Muliebri animo.*

1040. Λιπαρέω. vide supra 529.

1041. Γυναικόμιμος. *Feminam imitatus.* Euripides in Antiopa, Valcken. Diatr. p. 75. *γυναικομίμῳ μορφώματι.* Sophocles apud Clem. Alex. Pædag. III. p. 286. *Γυναικομίμοις ἐμπρέπεις ἐσθήμασιν.*

Ibid. Ὑπτίασμα. *Sublatio.* ab *ὕπτιος* *supinus.* Horat. *Cælo* SUPINAS *si tuleris manus.* Cf. Virgil. Æn. III. 176. IV. 205. Auctor nescio quis apud Suid v. Ὕπτιος. *Προθυμίᾳ τῇ πάσῃ ἀναπετάσαντες τὰς πύλας, ἐδέξαντο ὑπτίαις χερσὶ τοὺς πολεμίους.*

1043. Ἔοικα. Cf. Suppl. 906. Eumen. 898. Choeph. 920. Sophocl. Ajac. 1239. Eurip. Hecub. 807. Orest. 758. et alibi.

1044. Τέγγω. *Madefacio. Mollio,* metaphorice. Timæus et Suidas. Τέγγεσθαι. *εἴκειν, ἐνδιδόναι.* Eurip. Hippol. 303. *οὔτε γὰρ τότε Λόγοις ἐτέγγεθ' ἥδε, νῦν τ' οὐ πείθεται.* Hinc *ἄτεγκτος* *immisericors,* idem ac *ἀτεράμων* vel *ἀτέραμνος.* Phrynichus MS. apud Ruhnken. ad Timæum p. 248. *Ἄτεγκτος παρηγορήμασιν. Αἰσχύλος. δοτικῇ ἀντὶ γενικῆς Ἀττικῷ ἐχρήσατο ἔθει.* sic enim interpungendum videtur. Sed omnino consulenda Ruhnkenii nota, cujus exemplis adjici potest Meleager Anthol. VII. 9. Brunckii Anal. I. pp. 2⅞. et 29. Ælian. ap. Suid. v. Ἄτεγκτος. *Οἰκτόν γε μὴν καὶ δάκρυα ἐμβαλοῦσα, ὡς καὶ πάντας τοὺς ἀτέγκτους τε καὶ ἀτεράμονας τέγξαι.*

1045. Στόμιον. *Lupatum.* Eurip. Hipp. 1223. *αἱ δ', ἐνδακοῦσαι στόμια πυριγενῆ γνάθοις,* ubi vid. Valcken. Plato Phædr.

p. 254. D. καὶ ἐπειδὴ ἐγγὺς ἦσαν, ἐγκύψας, καὶ ἐντείνας τὴν κέρκον, ἐνδακὼν τὸν χαλινὸν μετ' ἀναιδείας ἕλκει.

1047. Σφοδρύνομαι. *Ferocio.* Vocem non alibi apud auctores bonæ notæ vidisse memini.

1049. Non valde dissimile est quod habet Euryphamus Pythagoreus ap. Stob. CII. p. 541. Trincavell. εἷς γὰρ ἕκαστος ἄνθρωπος αὐτὸς καθ' αὐτὸν οὐδεὶς ἐὼν κ. τ. λ.

1050. Σκέψαι δε. *Animadverte autem.* Sophocl. Œd. T. 584. Σκέψαι δὲ τοῦτο πρῶτον, εἰ κ. τ. λ. Trachin. 1079. Σκέψαι δ' ὁποίας ταῦτα συμφορᾶς ὕπο Πέπονθα. El. 442. Σκέψαι γάρ. Eurip. Suppl. 476. Σκέψαι δὲ, καὶ μὴ κ. τ. λ. Thucyd. III. 58. σκέψασθε δέ.

1051. Τρικυμία. *Fluctus decumanus,* ut dicebant Latini; tertius enim quisque fluctus maximus esse vulgo credebatur, vel, ut Festus tradit, decimus. Plato de Rep. V. p. 472. A. δυὼ κύματε ἐκφυγόντι τὸ μέγιστον καὶ χαλεπώτατον τῆς τρικυμίας ἐπάγεις. Plutarch de Sera Num. Vind. p. 975. Τί γὰρ δεῖ τὸ τρίτον ἐπενεγκεῖν κῦμα, καὶ προσκατακλύσαι τὸν λόγον, εἰ τὰ πρότερα μὴ δυνατός ἐστι διώσασθαι; Menander apud Alexandrum inter Rhetores ab Aldo editos 1508. I. p. 578. a Porsono indicatus, Ἑτέραν περιμεῖναι, χἀτέραν τρικυμίαν. Eurip. Hippol. 1213. Αὐτῷ δὲ σὺν κλύδωνι καὶ τρικυμίᾳ, Κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον, ἄγριον τέρας. Troad. 82. Αἰγαῖον πόρον Τρικυμίαις βρέμοντα. Lycophr. 476. λαβρῶς σαλεύων πᾶν τρικυμίᾳ πέδον. Joseph. Macch. 7. καταντλούμενος ταῖς τῶν βασάνων τρικυμίαις. Marinus Vita Procli p. 35. ἐν ζάλῃ γὰρ παρελθὼν καὶ τρικυμίᾳ πραγμάτων. ubi vid. Boissonad. Hipparchus Pythagoreus ap. Stobæum, (Galei p. 19.) οὔτε δυνάμενοι κατανοῆσαι τόν τε τῶν παρεόντων βίον, καὶ τὸν τῶν παρεστακότων, ἐν ὅσαις συμφοραῖς καὶ κακῶν τρικυμίαις καὶ νῦν ἐντὶ πολλοὶ, καὶ πρὸ τοῦ ἐγένοντο. Scholiasta Pindari Isthm. I. 52. καὶ Ἀλκαῖος τὴν δυστυχίαν χειμῶνα καὶ τρικυμίαν λέγει. ubi plane legendum est Αἰσχύλος; nam sunt ipsa nostri verba. Aristænet. Ep. I. 17. καὶ τρικυμίας τὸν τρόπον τῆς ἀστάτου σαλεύεις. quod de τρικυμίᾳ absurde dictum est; etsi θάλασσα dicitur ἄστατος Comico ap. Dion. Chrysost. Orat. 32. Ed. Sambuci τρικυμίαις; unde suspicor legendum esse, καὶ τρικυ-

μίαις, τρόπον νηὸς ἀστάτου, σαλεύεις,. sequitur enim κοινὴ γὰρ ναῦς, κοινὸς κίνδυνος· ὁ παροιμιώδης διετάξατο λόγος. Alciphron Ep. I. 3. p. 18. τὸ τὰς τρικυμίας καὶ τοὺς ἐκ βύθου κινδύνους ἀγνοῆσαι. Firmus Episcop. Cæsar. in Epist. ap. Murator. Anecdot. T. V. p. 292. Ἐκ χειμῶνος καὶ τρικυμίας γαλήνην εἶδον καὶ ἡμέραν, τὸ τοῦ λόγου, λευκήν. ubi respicit non modo Promethei versum, sed Eurip. Orest. 273. et proverbium λευκὴ ἡμέρα. quo usus est Eupolis in Κόλαξι.

1052. Ὀκρίς. vide supra v. 289.

1053. Φάραγξ. supra v. 15.

1054. Σπαράσσω. *Divello.* Eurip. Med. 1214. Σάρκας γεραιὰς ἐσπάρασσ' ἀπ' ὀστέων. Androm. 1210. οὐ σπαράξομαι κόμαν; Compositum διασπαράσσω occurrit Pers. 195. Aristoph. Ran. 474.

1055. Ἀγκάλη. *Ulna.* Sic Choeph. 585. πόντιαι ἀγκάλαι. confer Eurip. Orest. 1371. Noster apud Schol. Aristoph. Ran. 716. Ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις.

1057. Ἄψορρον. *Retrorsum.* Sophocl. Œd. T. 431. et alibi ἄψορρος. Formatum videtur ex ἄψ *retro* et ὄρρος *cauda.* Scholiasta tamen Venetus ad Il. H. 413. ab ὄρω *suscito* ducit. Erotianus p. 17, 17. videtur trahere ex ἀψόρροον, τὸ εἰς τοὐπίσω ῥέον.

1058. Πτηνὸς κύων. vide supra v. 820.

Ibid. Δαφοινός. *Cruentus.* δηλοῖ δὲ τὸ δαφοινὸν τὸ σφόδρα φονικόν· δαφοινοὶ θῶες, καὶ δράκων δαφοινός. Schol. Venet. ad Il. Σ. 538. δράκων δαφοινὸς est in Il. B. 308. λεόντων ἀ δαφοινὸς ἴλα Eurip. Alcest. 581. Noster Choeph. 606. δαφοινὸν δαλόν, de tæda Althææ.

Ibid. Λαβρῶς. vide supra ad v. 335.

1059. Διαρταμέω. *Disseco.* Etymol. M. p. 149, 55. Ἄρταμος, ὁ μάγειρος· Ἡ γὰρ βέβηκε χεῖρας ἀρτάμων φυγών· παρὰ τὸ διαρτάσαι, ὅ ἐστι μερίσαι ἢ συναρμόσαι. Αἰσχύλος, Τοσαῦτα, κῆρυξ, ἐξ

ἐμοῦ διάρτασον. ἄρταμος οὖν, ὁ διαρτῶν τὰ κρέα, καὶ ἀρταμῆσαι, κρεανομῆσαι. Eurip. Alcest. 497. Ἀλλ' ἄνδρας ἀρταμοῦ[illegible] λαιψηραῖς γνάθοις. Electr. 816. ὅστις ταῦρον ἀρταμεῖ καλῶς. διαρταμέοντες, Oppian. Hal. 622. ubi Schol. διακόπτοντες. ἄρταμος πᾶς σφαγεὺς καὶ φονεύς. κυρίως δὲ ὁ μάγειρος, ὁ κατὰ ἄρθρα τέμνων. vid. Valckenaer. ad Herodot. p. 590. Brunck. Lex. Sophocl. v. Ἄρταμος.

Ibid. Ῥάκος. *Lacerum fragmentum.* Sophocl. Philoct. 39. 267. Eurip. Helen. 1085. Aristoph. Ran. 405.

1060. Ἄκλητος. *Non invitatus.* Notum proverbium Ἀκλητὶ κωμάζουσιν εἰς φίλων φίλοι. vid. Wass. ad Thucyd. I. 118.

Ibid. Δαιταλεὺς πανήμερος. *Per totum diem conviva.* non *conviva quotidianus,* quomodo verterunt interpretes. quibuscum facere videtur Apollodorus p. 40. ed. Heyn. Recte Schol. B. Ἴσθι δὲ ὡς διὰ πάσης τῆς ἡμέρας τὸ Προμηθέως ἧπαρ τῷ ἀετῷ βιβρωσκόμενον, ἀνεπληροῦτο πάλιν νυκτὶ, καὶ ἄρτιον ἦν, quod ex Pherecyde didicit, qui in 2do libro ap. Schol. in Apoll. Rhod. II. 1252. ait, ὅτι ὁ ἀετὸς ἤσθιεν τῆς ἡμέρας τοῦ ἥπατος· τὸ δὲ λειπόμενον ηὔξετο τῆς νυκτὸς καὶ ἐγένετο ἴσον. totam de aquila Promethea mythologiam doctissime ibidem narrat Scholiasta. Quidem et Noster in Prometheo Soluto dicit aquilam tertio quoque die advolare: cf. notam. πανῆμαρ, et πανημέριος pro *toto die* apud Homerum ponuntur; et πανάμερος apud Sophocl. Trachin. 662. quod male intellexit Musgravius. Aristoph. Ran. 387. πανήμερον παῖσαι. Quare sibi constare Æschylum videmus, nec licentiam postulare, quam ei concedit Butlerus.

1061. *Κελαινόβρωτον ἧπαρ. *Nigrum jecur victum præbens.*

1063. Διάδοχος. supra 473.

1064. *Ἀναύγητος. *Haud illuminatus.*

1065. Πρὸς ταῦτα. *Proinde, quapropter. Quum hæc ita sint.* supra 951. 1028. infra 1079. Theb. 57. Suppl. 529. Eurip.

Phœniss. 531. Sophocl. El. 383. Ajac. 1115. Aristoph. Acharn. 659. Πρὸς ταῦτα Κλέων καὶ παλαμάσθω. ex Euripide, ut videtur: vid. Cicer. Attic. VIII. 8. cujus edd. male exhibent πρὸς τοῦθ'. Larcherus in Herodot. III. 61. vim hujus formæ non percepit, quum reddidit πρὸς ταῦτα *insuper*. hoc enim est πρὸς τούτοις. Pro πρὸς ταῦτα in Theb. 312. ponitur πρὸς τάδε.

1066. **Πεπλασμένος.** *Fictus.* Sophocl. Ajac. 148. Τοιούσδε λόγους ψιθύρους πλάσσων. Demosth. Phil. I. 16. λόγους πλάττοντες.

1067. **Κόμπος.** *Jactatio.* Sic Eurip. Hel. 400. τόδ' οὐ κόμπῳ λέγω.

Ibid. **Λίαν εἰρημένος.** *Vehementer,* i. e. *serio, dictus.*

1069. **Παπταίνω.** supra v. 342.

1077. **Θωΰσσω.** supra v. 73.

1080. **Ἀμφήκης.** supra 716.

Ibid. **Βόστρυχος.** *Cincinnus.* Vid. ad Agam. 297.

1081. **Ἐρεθίζω.** supra 188. **Σφάκελος** supra 903.

1083. **Κραδαίνω.** vide not. ad v. 437. Polemo ap. Macrob. Sat. V. 19. ὁ δὲ ὀρκούμενος, θάλλον κραδαίνων, ἐστεμμένος, κ. τ. λ.

1084. *Atque aspero undarum impetu confundat ponti fluctus et astrorum cœlestium tractus.* Citat Stanleius Virg. Æn. XII. 204. Adde Æn. I. 133.

Ibid. **Ῥόθιον.** *Fluctus violentus.* ῥεῦμα, κῦμα τὸ μετὰ ψόφου γινόμενον. Hesych. Harpocration ducit παρὰ τὸν ἐκ τῶν κωπῶν ἀκουόμενον ῥόθον. ὅταν σφοδρῶς ἐλαύνωσιν. Schol. Arati Phænom. p. 53. ῥόθια. τὰ ῥεύματα. κυρίως δὲ αἱ τοῦ κλύδωνος ὁρμαί. occurrit Theb. 362.

1087. Ἄρδην. *Penitus.* Eustath. ad Iliad. Θ. p. 707, 37. τὸ μέντοι ἄρδην ἐπίῤῥημα, οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸ παραγάγοι τινὰ ὡς ἐκ τοῦ ἄρδω γίνεται, ἀλλὰ μάλιστα ἐκ τοῦ αἴρειν, ὥσπερ ἐκ τοῦ ἀείρειν γίνεται τὸ ἀέρδην. ἔστι γάρ, φασι, τὸ ἄρδην ἀντὶ τοῦ φοράδην. Εὐριπίδης Ἀλκήστιδι, (611). νέκυν ἤδη πρόσπολοι Φέρουσιν ἄρδην ἐς τάφον τε καὶ πυράν. quod melius videtur vulgata lectione, πρὸς τάφον τε καὶ πυράν. Sed ne quem παραγάγῃ Eustathii auctoritas, ut credat de hac voce ὡς ἐκ τοῦ αἴρω γίνεται; est enim ab ἄρω, ut σύρδην a σύρω, et φύρδην a φύρω.

1090. Φρενόπληκτος. supra 903.

Ibid. Παραπαίω. vide supra ad v. 601. Noster ap. Athen. XIV. p. 632. C. Εἴτ' οὖν σοφιστὴς καλὰ παραπαίων χέλυν. ubi ob metrum forsan legendum, εἴτε παραπαίων χέλυν. *Musicæ peritus, an dissone citharam pulsans.* Aristoph. Plut. 508. conjungit ληρεῖν καὶ παραπαίειν. Plato Sympos. 2. p. 176. ed. Basil. sec. μαίνομαι καὶ παραπαίω. Hesych. Παραπαίει· παρακόπτει, μαίνεται, ληρεῖ, παραφρονεῖ.

1097. *Ἠλιθιόω. *Fatuum reddo.* ἠλίθιος occurrit Agam. 367.

1098. Μύκημα. *Mugitus.* τὸ ὄχημα τῆς τοῦ Διὸς βρόντης. Schol. A. Corrige ἤχημα. cf. v. 1118.

Ibid. Ἀτέραμνος. supra 198.

1101. Παρασύρω. *In obliquum traho.* proprie de torrente dicitur, qui violento impetu obstantia secum rapit: cf. Aristoph. Eq. 526. Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. p. 55. Musgravius citat Longin. 32. p. 71. 33. p. 77. Libanium T. I. p. 76. D. χειμάῤῥους παρασύρει τὴν γεωργίαν.

1102. Ἀσκέω. *Exerceo.* Herodot. VII. 209. τὴν ἀληθηΐην ἀσκέειν. cf. III. 72. Sophocl. Œd. C. 913. δίκαι' ἀσκοῦσαν πόλιν. cf. Trachin. 384. Eurip. Bacch. 641. ἀσκεῖν σώφρον' εὐοργησίαν.

Suppl. 872. χρηστότητ' ἠσκηκότα. 912. τἀγάθ' ἀσκήσας ἀνήρ. Auctor Aur. Carm. 13. δικαιοσύνην ἀσκεῖν. Phocylid. ap. Stob. V. p. 39. σωφροσύνην ἀσκεῖν. Inscript. ap. Spon. Misc. Erudit. Antiq. P. 321. viii. Ἔνθαδε Διάλογος καθαρῷ πυρὶ γυῖα καθήρας, Ἀσκητὴς σοφίης, ᾤχετ' ἐς ἀθανάτους. Crates in Brunckii Anal. T. I. p. 186, ὅσοι τὰ δίκαι' ἀσκοῦσιν.

1105. Νόσος. confer supra 707.

1106. Ἀπέπτυσα. *Respuo.* Veteres, cum aversabantur aliquid, in sinum despuere solebant. Vid. Eurip. Hecub. 1266. et alibi sæpius; Aristoph. Pac. 527. Noster apud Plutarch. de Isid. et Osir. p. 639. Ἀποπτύσαι δεῖ καὶ καθήρασθαι στόμα. Theocrit. VI. 16. Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. ubi Schol. ποιοῦσι καὶ τοῦτο (l. τοῦτο καὶ) μέχρι τοῦ νῦν μάλιστα αἱ γυναῖκες, τὸ νεμεσητὸν ἐκτρεπόμενοι. Καλλίμαχος· Δαίμων, τι κόλποισιν ἐπιπτύουσι γυναῖκες. Bentl. conj. Καλλίμαχος δ' Αἰτίων· τρὶς κ. ἑ. γ. Toupius Δαῖμον, τοι. Petron. Arb. 74. p. 368. *In sinum suum conspuit.* Tibull. I. ii. 56. *Ter cane, ter dictis despue carminibus.* cf. Agam. 982. 1194. Theocrit. II. 62. XX. 11. Theophrast. Char. p. 57. ed. Schneid. Schol. Apollon. Rhod. IV. 478. Misc. Obs. IV. p. 203. Alberti. ad Hesych. v. Ἀπέπτυσε λόγους. Toup. in Schol. Theocrit. VI. 39.

1109. Stanleius laudat Solonis versus:

Εἰ δὲ πεπόνθατε δεινὰ δι' ὑμετέρην κακότητα,
Μή τι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπεμφέρετε.

1114. Δίκτυον ἄτης. sic Agam. 362. γάγγαμον ἄτης.

1117. Σαλεύομαι. *Agitor, ut navis fluctibus.* Active in Rhes. 248. ὅταν—σαλεύῃ πόλις. Sophocl. Œdip. T. 23. πόλις—Ἤδη σαλεύει. Electr. 1074. Etymol. M. p. 381, 3. Ἐσάλευε, λέγεται καὶ ἐπὶ νεων καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων. quare in hoc loco nescio annon legendum sit σεσάλευκεν.

1118. Βρύχιος. *Fremens.* Pers. 397. ἅλμην βρύχιον. Apoll. Rhod. I. 1310. βρυχίης ἁλός. Idem. IV. 945. βρύχιαι ponit pro

ὑποβρύχιαι. Hesych. Βρύχιος· ὑποβρύχιος. Formatur autem a βρύχω, de qua voce consulas Valcken. ad Ammon. p. 32.

1119. Ἕλιξ. *Volumen.* proprie de vitium capreolis dicitur; *quicquid contorquetur.* Sic Virgilius *tortos imbris radios.*

1120. Ζάπυρος. Idem ac ἄπυρος v. 905.

Ibid. Στρόμβος. *Turbo.* Hesych. Στρόμβος. δῖνος, κόχλος. ῥόμβος, συστροφὴ ἀνέμου, περιφερὴς λίθος. ultimo sensu exstat Il. Ξ. 413. Est autem pro στρόβος, quæ vox occurrit Agam. 659. inserto μ, quod in aliis etiam vocibis factum est; e. g. Στρόβιχος, Στρόμβιχος. τύπανον, τύμπανον, atque alia plura, de quibus alibi fusius disseram.

1123. *Discordiam ex adverso spirantem inter se exhibentes.*

1125. Ῥιπή. vid. supra ad v. 126.

1126. Τεύχω. *Creo.* vel potius in hoc loco *creare tento.* sic Pers. 188. στάσιν Ἔτευχον. Homer. Iliad. A. 110. Ἑκηβόλος ἄλγεα τεύχει. Eurip. Androm. 645. τεύχειν ἔριν.

1128. Αἰθήρ. *Firmamentum cœli.* ut in Agam. 6. Eurip. Phœniss. 514. Ion. 1147.

Ibid. Φάος εἱλίσσων. Theodectes apud Stob. X. p. 126. Ὦ καλλιφεγγῆ λαμπάδ' εἱλίσσων φλογὸς, Ἥλιε. Vid. Valcken. Diatrib. c. 6. Porson. ad Phœniss. 1.

FINIS GLOSSARII IN PROMETHEA VINCTUM.

INDEX

IN

GLOSSARIUM.

A.

I.

K.

P.

Mr. W